



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


VITA || D. MARIAE VIR-||GINIS DEIQVE GE-||NITRICIS.||

Goppelsrieder, Andreas

Ingolstadii, 1592

VD16 G 2663

urn:nbn:de:hbz:466:1-45013



K Th 2550.
1
24

V I T A .
D. M A R I Æ V I R -
G I N I S D E I Q V E G E -
N I T R I C I S .

I N G R A T I A M C O N -
G R E G A T I O N I S D. V I R -

*ginis Annuntiatae edi-
Collegij Societatis. Ioseph Paderbornae.*

ECCLESIAST. 24.

Qui elucidant me, vitam æternam
habebunt.



I N G O L S T A D I I ,
E X O f f i c i n a V V O L F G A N G I
E D E R I .

A N N O M . D . X C I I .


EPIGRAMMA IN D.
VIRGINEM.

QUAM Deus aeterno matrem sibi legit
ab æuo,

Hanc cur suppliciter nõ veneretur homo?
Quam Mens cœlestis iussit saluere beatam,
Huic cur nolit homo dicere? Mater aue.
Quam plenamq̃ Deo plenamq̃ favore To-
nantis

Laudauit; spoliēt cur homo laude data?
Deniq̃ cœlituum recinit quam læta caterua;
Hanc cur terrigenũm non canat vsque
cohors?

Inuide rumpariũ demon, tuq̃ Hæresis atra
Bellua, stat Mariæ saluus auitus honor.



ILLVS.



ILLVSTRI, MA-
GNIFICO, ET GENE-
ROSO DOMINO, DOMINO Ni-
colao Christophoro Komorouusckhy
de Komorouu, Polono, Comiti Lipro-
uensi, Castalanidi, Sandecensi, &c.
& Congregationis diuæ Virgi-
nis Annuntiatæ Sodali, Do-
mino suo multum co-
lendo.



IX VLLOS GIGNIT
terra fructus, **ILLV-**
STRIS DOMINE **CO-**
MES, quibus suus nō
fit hostis, filices, tri-
buli, zizania, aut ex animalium
genere bruchus, Eruca, Locusta,
& vt ille ait, vermina sæua, quæ,
nisi labor & industria coloni ob-
uiam eat, spem anni, fruges, sæpe
A 2 suffo-

EPISTOLA

suffocant, opprimunt, exedunt,
 depascuntur, naturę nō matris sed
 nouercę inuidia. Idē euenire vi-
 detur Coelitibus, veris spiritus S.
 fructibus, ortis ex terra viuentiū,
 plātatisq; in domo Domini. Suos
 enim & ipsi Bruchos, id est, sañio-
 nes, irrisores & cōtemptores cū
 omnes communiter, tūm, singuli
 priuatim & iam olim habuerūt, &
 nunc itidem prouentu nimis quā
 copioso habent, quibus id vnum
 curę cordiq; est, SANCOS cum
 Christo regnātes deprimere, no-
 mē eorum & existimationem de-
 bitumq; cultum imminuere, imō
 & penitus abolere; ipsana, & si
 quod aliud in terris monumen-
 tum sui reliquerint, infelicibus
 vstulare lignis, cineres in auras &
 vndas spargere, & similia facino-
 ra plane barbara patrare, & quā-
 uis nemo ex Diuis ab istorum fu-
 rore immunis sit & intactus; sem-
per.

DEDICATORIA

per tamen petulantius in Matrem Dei sese intulerunt, eiusque gloriam & dignitatem maioribus copijs oppugnarunt, rati fortassis si hanc Dauidis turrim, ex qua dependent mille clypei & omnis armatura fortium, obtinerent, fore ut de reliquis non magno nisu triumpharent. Sed portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Neque video quid vel olim Heluidius, Iouinianus, Nestorius, & similes Hæresiarchæ, vel nunc Calvinus, Lutherus, Beza, Martyr, alijque antiqui serpentis administri effecerint aut efficiant inconditis suis contra D. Virginem clamoribus, quam quod indies plures excitant & excitant ad Deiparâ colendam, prædicandâ, defendendamque templis, altaribus, Oratorijs, congregationibus, hymnis & canticis, libris & disputationibus. Hæc enim vera & salutaris est antiperi-

EPISTOLA

statis, qua aduersario urgente & instante, altera pars, quæ forsan sine hoste torperet & langueret, ad propugnationem accenditur, & iustas exsurgit in iras. Quod vel maxime hoc nostro seculo videre licet; quo Hæretici calumnijs suis tam vehementer Catholicos ad Castissimæ Matris defensionem & venerationem impulerunt, vt vix videatur fuisse ætas, qua tam multa ad gloriam cultumq; peculiarem **M A R I A E** Virginis sint instituta, prætermisissis alijs de Sodalitate nostra dicam; quæ paucis annis adeo non modo coaluit, sed & creuit, vt in illam vere conueniat Elogium illud: **IMPLEVIT TERRAM.** Et, **EXTENDIT** palmites suos vsque ad mare & vsq; ad flumē ppagine eius. Sed quo, bone Deus, emolumento & commodo, tū priuatim vniuscuiusq; tum publice omnium? Quæ enim

nim

DEDICATORIA.

nim morum mutatio, quæ pietas in Deum, quæ in integerrimã Dei Genitricem, reliquosq; cœli ciues obseruantia; quis amor Catholicæ religionis, quis feruor tuendi sacra & antiqua dogmata cõtra Nouatores ex hoc Sodalitio exstitit? Inimici nostri sunt Iudices, quid verbis opus est? Cæterũ experimento cognitum est, ad D. Virginis cultum amplificandum Sodales mirifice adiutos esse & etiamnũ adiuuari lectione librorum eiusdem D. Virg. vitam & res gestas explicantium, & ab Hæreticorum imposturis vindicantium; In quibus, præter præclarũ illud PETRICANISII opus, & FRANCISCI COSTERI Meditationes, iure etiam numerauerim duas Disputationes, quarum altera olim hîc à P. LVCA PINELLO, altera non ita pridem Dilingæ à P. IOANNE PELECYO Professo-

A 4 ribus

EPISTOLA

ribus Theologiæ ex Societate Ie-
s v publicata est, quas, cum The-
sium forma, id est concisè & bre-
uiter, & plura insinuando quam
exprimèdo, Diuinæ Matris vitam
continerent, in vnum quasi cor-
pus confluimus, additisq; aliun-
de nonnullis denuo typis euulga-
re statuimus, vt Sodales & alij nū-
quam satis laudatæ Dei genitricis
amatores semper in promptu En-
chiridion habeant, ex quo velut
ex armamentario arma in hostes
depromant. Neque verò inutilis
aut superuacaneus labor noster
censendus est, tum quia compen-
dio hic traduntur, quæ ab alijs fu-
sius disputantur, tum quia nun-
quam satis dictum aut scriptum
est de hac Regina cœli, & Ange-
lorum Domina. Tibi porro ILL-
VSTRIS DOMINE COMES NI-
COLAE, libellum hunc multas ob
causas inscribere placuit, primo,
vteò

DEDICATORIA.

vt eò gratior accidat parthenijs
Sodalibus, vbicunq; tandem lo-
corum degant; dubiũ enim nul-
lum est, quin eum auide sint le-
cturi, cum tanti COMITIS nomi-
ne insignitum viderint. Deinde
vt hæc nostra Ingolstadiensis &
Academica Cõgregatio beneuo-
lentiaẽ aliquod erga te documen-
tum edat, simulq; lætitiã illam
declaret, quam nuper percepit cõ-
memorabili & Nobilibus imi-
tando pietatis exemplo, in Albũ
Sodalium relatus es, non tiro, sed
veteranus sacri huius cætus So-
dalis; Iam enim dudum alibi in
Congregationem adscriptus, non
tam nouam Societatem nobiscũ
inijsti, quam antiquam cõfirma-
masti: quo quidem egregiè facto
mirificam exspectationem con-
citasti, fore, vt non tantum nunc
castissimæ Virginis cultor sis exi-
mius, sed etiam aliquando pro-

A 5 pugna-

EPISTOLA

pugnator fias strenuus, tū scilicet cum maturior eui in patriā regres-
 sus, tot inter Hæreseō monstra,
 quibus illa mūdi plaga scatet, ver-
 faberis; cupit enim LILIVM hoc
 inter spinas ornari & defendi à
 LILIIS inter spinas, hoc est, à fa-
 milijs illustribus & potentibus,
 quæ in medio hostium Mariani
 nominis, Religionem antiquam
 colunt, & viam patrum suorum
 infistunt. Talem te labentibus an-
 nis cum ILLVSTRI FRATRE
 TVO DOMINO PETRO, MA-
 GNAE MATRIS totiusq; Ca-
 tholicę fidei assertorem futurum,
 non grauate persuadebit sibi is,
 qui nunc in hac teneriore ætate,
 præclaros illos tuos ad omnem
 honestatem & probitatem & ad
 literarum laudem impetus & co-
 natus nouerit. Quos vt perpe-
 tuo magis atque magis in te au-
 geat & confirmet Deus, suis nimi-
 rum

DEDICATORIA.

rum efficacissimis precibus facile
à filio suo impetrabit illa, quæ est
Mater misericordiæ, Vita, Dul-
cedo, & Spes nostra. Vale. In-
golstadij. Kalendis Iunij. M.
D. XCII.

Illust: Dominat: tuæ addictis:

M. ANDREAS GOPPELZ-
RIEDER Congregationis A-
cademicæ pro tempore præfe-
ctus.



IN



IN HÆRETICOS DE CVL-
tu D. Virginis.

AD EVNDEM IL-
LUSTREM ATQVE GE-
NEROSVM DOMINVM COMI-
tem NICOLAVM CHRISTOPHORVM, &c.
sodalem Congreg. D. Vir-
ginis.



DISSE Hæreticos MARIAM,
linguasq; veneno
Vipereo tumidas vibrare in
amabile nomen

Virginæ Matris, cætusq; hoc nomine claros,
Compita per vulgi magno lacerare boatu,
Non miror. faciunt Genitor quod suggerit
ore

Tartareo. Nati dociles facilesq; capessunt
Iussa patris, iunctiq; operis furialibus, ausu
Vnanimi inuadunt sacræ Genitricis hono-
rem,

Nuncq; hinc nuncq; istinc captiua immitte-
re DIVAE

Brachia conantur, celsiq; ex culmine in-
sum.

Præ-

De cultu D. Virginis.

Præcipitare graui lapsu, sed nescia vinci
Virgo immota loco stat, & omnia tela re-
mittit

Irrita, sæpe suis nocitura auctoribus. Ipsa
Conterit & quondam contriuit, Numine
amico,

Oppugnantorū capita. haud impune laceſſit
Hanc MATREM quisquam. Sed quis vos
abstulit error,

Hæretici, ut iustos MARIAE inuideatis ho-
nores;

Et meritos titulos, & tot cognomina tanto
Parta fauore DEI? Nymphæ quid spicula
vestra,

Verbera quid linguæ, quid laudes fraude
negatæ

Importât damni? vobis malesana cæteru a
Officis. vobis incommoda mille crucemq;
Innumeram, & certum exitium impietate
parati.

Æquoreis turgens scopulis illiditur vnda;
Stat scopulus stabitq; tenax, at frangitur
vnda

Allisũ damnoſa ſuo ſibi. creber in ornos
Africus annosus incurrit, ut impete ma-
gno

Antiquæ reſonent ſyluæ, ſtabula alta fera-
rum. Ventis

De cultu D. Virginis.

Venti abeunt in fumū, altis radicibus heret
Tuta arbor, spernens loca fœta furentibus
austris.

Et vos spes subijt sternendi flamine vestro
Cocytī veniente locis, hanc vertice cœlum
Tangentem CEDRYM, tam firmo robore se-
ptam,

Conspiciam præ alijs, Lybanus quas gignit
alit̃q̃?

Ecquis vos furor occupat? aspiciite, oro, ve-
rustos,

Nestorium, Heluidium, Photinum, Ebiona,
Cherinthum,

Et similes MARIAE Momos, quibus unica
quondam

¶ Cura fuit celsis detrudere sedibus axis
Christiparam, frustra. Solio manet illa
supremo

Insignita, licet styx & stygis assecla turba
Freudeat. Interea Heretici sub tartara
rapti

Promeritas pendunt pœnas, nunc æthere in
alto

Quàm vellent MARIAE nobiscum impen-
dere cultum;

Fata obstant, & lata semel sententia, quæ
vos

Ne

De cultū D. Virginis.

Ne feriat date vela retrorsum, & soluite
linguas

Virginis in laudes, quas vbertim ipsa mini-
strar,

Suscipiet reduces, maternaq; viscera pādet.

Felicē, tantæ quisquis sub tegmine Matræ,

Transmittit spatium vitæ, tutissimus ibit

Per medios hostes, furui nec præda Tyranni

Pascet in expletas humano sanguine fauces.

Te quoq; MAGNE COMES, quem stirps, &
candida virtus

Stirpe magis decorat, merito ter & amplius
austum

Dicere felicem, qui Virginis huius amore

A paruis captus, non expugnabile vallum


Hereticos contra MARIAE pro nomine sur-
gū,

Dives opum proavisq; potens; tueare volen-
tem

(det
Defendi; quacunq; potes ratione, repen-

Alma vicē genitrix, tandemq; poli annues
arcem,

Et dabit Illustri illustres per secula sedes.



MARIA



D. MARIAE VIR-
GINIS DEIQVE
GENITRICIS

vitalis

CAPVT PRIMVM.
DE PARENTIBVS
D. VIRGINIS.



IRGO MARIA è
protoplastorum Adæ
& Euæ carne simul
& sanguine, vt reli-
qui hominum, per
maiorum suorum si-
bi succedentium seriem, contra quam
Philippus Paracelsus, in Medicina &
Theologia hæreticus, insulsè sensit,
propagata fuit.

Maiores deinde, à quibus propin-
quius aliquanto principium, origi-
nem.

VITA D. MARIAE VIRG. 2

nemque illa suam habuit, Hebraei fuerunt, adeoque Deipara virgo Hebraea fuit.

Genus item eiusdem ad tribum Iuda referri debet, non ad Leui, vt Faustus *b* Manichæorum princeps, egregio mendaciorum concinnatori, Seleuco consodali, vt videtur, obsecutus, & Iulianus Apostata, *c* Cyrillo teste, voluerunt. Quanquam illa quoque in tribu Leui, per Elizabetham Aaronis filiam & Zachariae Sacerdotis uxorem, Ioannis Baptistæ matrem, cognatam seu consanguineam suam, censeri numerariq; potuit.

Ad inclytam deinde Dauidis domum ac stirpem, eius profapia, Scriptura *d* & *e* Patribus suffragantibus, reuocatur, & in atavis suis 14. Reges atque Duces, & Heroas Israelis gloriose numerat reginaq; adeo existit. *e* Hilar. in 1. cap. Matth. Ambros. in 1. cap. aduersus Iud. August. lib. 23. contra Faust. cap. 9 Bern. hom. 2. de B. Virg.

Progenitores tandem proximos, licet perperam Pomeranus *f* ambigat, inepte Centuriatores *g* quærant, & perfide Lutherus *h* neget, regali principa-

b Apu I August. contra Faustum, lib. 23. c. 9.

c Cyrill. Alex. contra Iulian. lib. 1.

Vide Damasc. lib. 4. cap. 15.

d Matth. 1. & 22. Marc. 12. Lucæ 1. Psal. 86. 131. 109.

e 2. Tim. 2. Luc. Tertull. aduersus Iud. August. lib. 23. contra Faust. cap. 9 Bern. hom. 2. de B. Virg.

f In expos. 44. c. Hier. g Cent. 1. cap. 10.

h In Postilla circa explic.

B

cap. circa explic.

§ VITA D. MARIÆ

Euan. in
festo Annun-
ciat. Mariæ,

cipaliq; ex nobilitate conspicuos, eod-
demq; clarissimos Ioachim & An-
nam habuit.


Ioachimus Matethæ filius & Zoro-
babelis nepos; Anna Isachar, vel secun-
dum alios, Mathan Sacerdotis & Ma-
riæ filia, & Elizabethæ, quæ Ioannem
præcursores Domini procreauit, co-
gnata fuit.

Domus paterna ex Galilæa & ciui-
tate Nazareth; maternum autem ge-
nus ex Bethleem erat.

Cent. 1, cap.
20, Parentes porro, 20. annorum curri-
culo in sterilitate decurso, ardentibus
votis & precibus, (reclament licet cen-
turiatores) 40. dierum adiuncto ieiunio,
Deiparam, quam Domini seruitio
iam Hierosolymis, voto nuncupato,
mancipauerant, Angelo reuelante, nō
tam bonorum, quam virtutum hære-
dem læti felicesq; impetrarunt.

De quo ita scribit Damascenus lib.
4. de fide Orthod. cap. 15. *Ioachim ve-
nerandam & laude dignam Annam
in Matrimonium ducit: sed quemad-
modum vetus illa Anna 1. Reg. 1. ste-
rilis facta per votum & repromissio-
nem*

nem genuit Samuelem; ita et hæc per preces et repromissionem, à Deo Deiparam impetrat, ut in hac quoque re nulli illustrium foeminarum inferior esset. Quocirca parit gratia (sic enim Annæ nomen interpretandum est,) Dominam; hoc enim nomen Mariæ significat; Nam reuera Domina facta est omnium creaturarum, quæ omnium conditoris facta est mater. His similia scribit D. Gregorius Nyssenus Homil. de natiuitate Christi, & alij Patres.



CAPVT. II.
DE CONCEPTIONE
D. Virginis.



V A E R I solet vtrum D. Virgo fuerit in peccato originali concepta; & licet id nonnulli affirmant, nos tamen, si non vt fidei dogma, certè vt magis piam & communi Ecclesiæ sensui consonam, plerisque denique Patribus ac ipsi rationi cõformem illam

5 VITA D. MARIÆ

sententiam tuebimur, quæ eam à com-
muni illa lege, qua omnes in peccatis
cōcipimur, diuino munere exemptam
fuisse, dicit.

Ac potuisse quidem illud DEVM effi-
cere, modò voluerit, extra controuerfi-
am est; decuisse verò vt faceret, & volu-
isse (in quo omnis hæc disceptatio po-
sita est) certum quoque est. Nam
quis non videt, DEI filium plane decu-
isse, vt talem Matrem haberet in terris,
quæ neque DEO aliquando fuisset ini-
mica, neque spurcissimi dæmonis im-
perio subiecta? Quæ duo tamen omni-
no de sacratissima Virgine fatenda es-
sent, si quam originalis culpæ macu-
lam contraxisset. Iam verò ingratissi-
mus fuerit piæ Matri, ac tantum non
filij nomine indignus, qui cùm facilè
possit eam aliquo malo liberare, nolit
tamen. Liquet autem ingrati animi
vitium quantopere DEVS detestetur.
Quare DEVS si potuit, & cùm decuerit,
ergo voluit etiam Matrem suam libe-
rare tanto dedecore, ita igitur fecisse
existimandus est.

Probare hanc nostram sententiam

VIRGINIS. 6

ex eo quoque possumus, quòd in Catholica Ecclesia celebremus festum diem Conceptionis Deiparæ. Ex quo consequitur, sanctam fuisse eam conceptionem, & Ecclesiastica laude dignam, ac omnis peccati labis experte. Nam si eius expers non fuit, execranda potius fuisset & maledicenda; quemadmodum Iob & Hieremias fecerunt. Iob. cap. 3.
Hierm. cap. 20. Pereat, inquit ille dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo, Et paulò post: Sit nox illa, inquit, solitaria nec laude digna. Hæc autem propter peccatum originale dicta sunt, in quo Iob & Hieremias fuerant concepti; Deinde quòd nam scimus eiusdem Virginis natiuitatem sanctam fuisse & absque peccato, nisi quòd illam celebrat Ecclesia? At pari honore celebrat conceptionem & vocat sanctam; omnia denique, quæ natiuitati tribuit, conceptioni accomodat. Fuit igitur etiam conceptio absque peccato.

Accedunt Basiliensis Concilij Patres, qui hanc sententiam non modò probant vt magis piam & rectæ ratio-

Sess. 5. cap.
1.

De Natura
& Gratia,
cap. 36.
In Psal. 77.

Lib. de Cō.
cept. Virg.
cap. 18.

a Hom. 1.
ex varijs lo.
cis collecta.

b In Psalm.
108.

c Super
Cant. cap. 4.

d Lib. 6. in
Cant.

e In Postilla
matori.

ni congruentem; verum etiam omnes hortantur ad eam amplectendam ac retinendam. Ac fuerit sane illa sessio non nisi post schisma edita, non id facit, quod minus omnes illi Patres eius fuerint sententiae. Idem Tridentinae Synodi Patres significarunt, cum de peccato originali sermonem facientes, dicerent, suae intentionis non esse B. & immaculatam Virginem Mariam eo decreto complecti. August. de peccatis dum loquimur, inquit, de Maria nullam habere volo quaestionem. D. Hieronymus scribit, B. Virginem nunquam fuisse in tenebris; fuisset autem, si aliquando incurrisset originale. D. Anselmus eam puritatem tribuit Mariae, qua maior sub caelo intelligi non possit. In eandem sententiam scribunt alij ut a Origines, b Ambrosius, c Richardus de S. Victore, d Rupertus. Et si lubet, ipse e Lutherus infestus alioqui Mariae & alijs Sanctis, nescio qua pietate victus dixit: Dignum & iustum erat, Mariae personam ab originali peccato praeservari.

Sapientia, inquit Scriptura, aedificavit

VIRGINIS. 3

uit sibi domum. Quem locum communiter de Filio DEI, qui est sapientia Prouer. cap. 9. Patris, & de D. Virgine intelligunt. At si hæc à peccato præseruata nõ fuisset, sed sanctificata tantum (vt dicunt) resecta potius & instaurata, quàm recens exædificata domus foret. Imò verò, prius illam, licet ad breue tempus, dæmon inhabitasset fœdassetque, quàm eam Patris sapientia expurgaret. Rursus si post peccatum tantum fuit sanctificata, prolapsa est igitur prius in peccatum, deinde per gratiam surrexit; atque ita Mater DEI dignitate & gratia non erit Superior Ioan. Baptista, dicente Christo: Inter natos mulierum Matthi, cap. 11. non surrexit maior Ioanne Baptista (comparat enim Christus sibi Ioannem cum ijs omnibus, qui per gratiam surrexerunt à peccato originali) at cuius aures hoc ferant, vt præferatur seruus Matri?

Præterea omnes causæ cur B. Virgo liberanda sit ab omni peccato actuali, valent ad hoc etiam, vt immunis pronuncietur à noxa originali. Primum enim indecorum & quodammodo ignominio- Ex Canif. II, 1. c. 6.

9 VITA D. MARIAE

miniosum Christo esset, si tanti filij Matrem actionis vitio pollui fateremur. Sed quanto maiorem & Christo & Matri conflabit ignominiam, si originale piaculum, quod hominem Deo inimicum Sathanæq; mancipium efficit, in Mariam deriuemus? cū hoc peccatum quodammodo præponderet actuali, longeque sit existimandum grauius siue infectionis, siue turpitudinis, siue magnitudinis ratio habeatur. Deinde si Christi cōsulamus honori, quid minus congruit, obsecro, quam talem illi assignare parentem; quæ peccati serua, maledicto obnoxia, ipsique dæmoni aliquando subiecta fuisse credatur quantumuis vnico momento?

Adhæc non decuit D. Virginem ne venialiter quidem delinquere, ne vllam cum Belial conuentionem vel societatem habere videretur illa, quæ Christo semper debuit esse coniunctissima. Sed enim multo minus decuit illam originis macula fœdissima conspurcari, ne summa illius cum Christo affinitas perfecta que coniunctio hoc infami crimine, per quod Adæ filij
omnes

omnes in Dei odiū incurrunt, & Diabolo coniunguntur, vel labefactaretur vel obfuscaretur.

Tertio non decebat D. Virginem actuale committere peccatum, quia æternæ Sapientiæ & Sancto sanctorum non nisi purum sanctumque domicilium instruendum erat. Atqui eandem ob causam credere par est, illam originalis quoque labis penitus fuisse expertem; Nam Christi maiestati multo conuenientius est, vt habitet in tabernaculo non expurgato, sed semper immaculato, quod nulla vnquam veteris fermenti labes vel modice asperferit atque vitiarit. Hoc nisi MARIÆ doneamus, non video sane, quam rectè perfectèque dicat illi sponsus ille cœlestis: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quomodo enim in oculis Dei hæc verba loquētis tota pulchra & immaculata censeatur, quæ tam enormis peccati velut ceno oblita & defœdata, suum primæuū debitumq; nitore amisit, & quasi sub nequissimi serpentis pedibus deuicta iacuit atq; prostrata?

Verum cū dicimus B. Virginem

C non

IN VITA D. MARIÆ

non incurrisse peccatum originale,
id non perinde accipi volumus, atq; si
vel natura sua fuerit libera à peccato.

Homel. 1. de
natiuitate
Domini.

Id enim vni Christo competit, vt opti-
mè Eusebius Emiffenus significauit,
cùm dixit: Ab hoc nexu nec ipsa geni-
trix redemptoris est per se immunis;
vel materia, ex qua fuit generata, fue-
rit in Adam præseruata à peccato, &
transfusa per paternam generationem,
vsque ad Ioachim, vt aliqui non absque
temeritate asseruerunt: Sed dicimus
singulari priuilegio & præueniente gra-
tia, ipso conceptionis momento fuisse
præseruatam, ne contaminaretur vt ce-
teri; siue enim naturam Virginis spe-
ctes, siue modum generationis, origi-
nalem labem erat contractura.

Galat. lib,
2. de arcan.
Cathol. ve-
ritatis.

Ad Rom. ca.
3. & cap. 5.
1. Corinth.
cap. 15.
Ad Ephes.
cap. 2.

Neq; verò nos turbare debet, si ali-
quãdo Scriptura dicit, oës in Adam pec-
cauisse, & natura esse filios iræ: Sensus e-
nim est. Si naturam filiorum Adæ & com-
munẽ generationis modũ spectemus,
omnes incurrere peccatũ originale, ni-
si aliunde quis eximatur à cõmuni illa
& ordinaria lege: Quemadmodũ illud,
D. Pauli: Omnes, quę sua sunt, quærũt

non

non quæ Iesu Christi, Apostolos minime comprehendit, qui certè nō sua, sed quæ Christi erant, quæsiuerunt; ex gratia tamen, non ex vi naturæ.

Ad Philip.
cap. 2,

Hoc etiā ij, qui in cōtraria sunt sententia, fateri coguntur. Scriptura enim loquēs de actualib⁹ peccatis, generatim dicit: In multis offendimus oēs. Et alibi: Non est homo, qui nō peccet; & tamen certū est B. Virginem nullū actuale crimē patrasse, vt Patres Cōcilij Tridentini affirmarunt. Deinde Scriptura de omnibus fœminis absolutè dicit: In dolore paries. Nihilomin⁹ B. Virgo peperit absq; dolore, vt ipsemet a D. Thomas & Sectatores eius cōcedunt. Quòd si vniuersali illa lege exempta fuit, pariēdi cum dolore, curnō item illa eximeretur, incurrēdi peccatum originale?

Iacob. cap. 3.
3. Reg. cap. 8
Sess. 6. Can.
23.

D. Thomas
in 3. parte
quæst. 27, ar.
110. 4.

Genes. cap. 3.
a In 3. parte
quæst. 35,
artic. 6.

Ex his satis constare putamus, D. Virginem alio & longè inferiori modo liberam extitisse ab hac labe, atq; Christum, qui non ex priuilegio & gratia, sicut Mater, sed sua natura & vi suæ generationis, quæ semen virile non agnouit, liber fuit. Quare timendum non est, ne nos Matrem parem filio statua-

13 VITA D. MARIAE

mus. Nihil enim minus facimus, sed dicimus, quod Christus habuit per se & ex sua natura, id Matri datum ex privilegio & gratia. Obuia sunt huius rei exempla in humanis. Gaudet enim Mater Regis regia dignitate, non quod ea illi conueniat aut debeatur ex officio, sicut conuenit & debetur ipsi met Regi, sed gratia quadam & privilegio, & propter ipsum Regem.

Vnde quod nonnulli concludunt, ex hac nostra sententia sequi Christum non fuisse omnium redemptorem: Cum enim D. Virgo caruerit originali, caruisse etiam actuali peccato, atque adeo non eguisse redemptione, falsissimum est; neque ex nostra sententia hoc sic recte deducitur, ut etiam qui in contraria sunt sententia animaduertent.

Durandus in tertio Sententia. distin. 3. quaest. 1. Et Cajeta. nus in 3. par. quaest. 27. artic. 2. Psal. 143. Psal. 102. Sequitur potius contrarium: Nam dicimus, B. Virginem diuino munere per Christum & propter Christum fuisse praeseruatam ab originali peccato, quo alioqui erat contaminanda. Ex quo mox sequitur, verè & propriè posse dici redemptam. Ita enim legimus: Redemisti Dauid seruum tuum à gladio maligno.

gno. Vbi Propheta se redemptum dicit, cum præseruatus tantum & custoditus à malo sibi imminente fuisset.

His adde, quod tantum abest, vt aliquem asseramus non à Christo fuisse redemptum, vt eum & liberatorem omnium dicamus, & ijs omnibus modis, quibus possibile erat homines liberari ac redimi à peccatis. Liberauit enim DEVS Virginem à contrahendis; reliquos omnes à peccatis iam antè contractis.

Ac fuerit sanè D. Virgo morti obnoxia; non fuit tamen illa signum contracti peccati originalis. Nam præterquã Genes. cap, 2, quòd DEVS mortem statuit pœnam esse peccati, est etiam naturalis & internus defectus naturæ coagmentata ex contrarijs elementis. Itaque mors non tam fuit pœna peccati tum in Christo, tum in Virgine, quàm defectus eiusmodi; qui idcirco quoque nobis post Baptismum relinquitur, vt sit materia meriti, & exercitatio virtutum.

His ita confirmata nostra sententia, fatemur nihilominus aliquos sanctorum Patrum contrà sensisse. S. Thomas in 3. parte quæst. 27. articulus, 2.

15 VITA D. MARIAE

D. Bernar-
 dus in Epist.
 174. ad Ca-
 non. Lug-
 dyenses,

rùm hoc minùs mirum nobis videri
 debet, si consideremus eo tempore sen-
 sisse, quo Ecclesia festum immaculatæ
 Conceptionis diem non agebat, neq;
 adhuc declarârat, se in hanc nostram
 sententiam propendere: Qui profectò
 nunc longè aliter sentirent, si tam illu-
 stre Ecclesiæ testimonium & fidelium
 animos nobiscum cernerent sentien-
 tes: Atque hoc de illis paucis Patribus
 dictum sit, qui apertè nobis aduersan-
 tur. Nam reliquos etiam aduersarij fa-
 teri debent generatim hac de re locu-
 tos, neque sigillatim quicquam pro al-
 terutra parte definiuisse.

Sanctificatam tamen priùs fuisse D.
 Virginè, quàm natam, fatentur omnes
 orthodoxi. Colit enim Ecclesia & ce-
 lebrat eius natiuitatem, vt sanctam: At-
 que cùm hoc priuilegium legamus in
 sacris literis Hieremiæ & Ioanni Bapti-
 stæ concessum, optimè hinc deducit
 pietas Christiana, idem etiam ei datum
 fuisse, quæ genuit fontem omnis san-
 ctitatis, & auctorem sanctificationis
 Christum.

Ridet a Ioannes Pomeranus Do-
 ctos

Hieremiæ
 cap. 1.
 Lucæ cap. 1.

a In expli-
 1. c. Hierem.

doctores *b* Scholasticos ex Hieremiæ & Ioannis Baptistæ sanctificatione Virginis sanctificationem colligentes: Nec inquit, Hieremiæ alia fuit sanctificatio, quàm quòd fuerit in utero Matris suæ electus ad annuntiandum verbum DEI. Eidem, quòd ad Hieremiam attingit, astipulatur Ioan. Calvinus. Sed uterque clara in luce cæcutit. DEVS enim tria distincta munera se Hieremiæ largitum esse ostendit; primum cum inquit: Priusquàm te formarem in utero, noui te; alterum: Antequam exires de vulua, sanctificaui te; tertium denique, cum dicit: Et Prophetam in gentibus dedi te. Undeliquet, distinctum fuisse beneficiũ sanctificationis, quod secundo loco ponitur, à ministerio verbi DEI, quod tertio. Iam Ioannis Baptistæ sanctificationem ita clarè significauit Angelus Zachariæ, ut, etiam si inficiari velint, non possint: Spiritu sancto, inquit, replebitur adhuc ex utero Matris suæ: Idem de B. Virgine cum Scholasticis *c* Bernardus, *d* Ille fonsus ac vniuersalis Ecclesia sentiunt.

b S. Thom.
in 3. parte
quæst. 27.
artic. 1.

In prælect.
1. cap. Hier.

Lucæ cap. 1.

c In Epist.
cit. 174.
d In lib. de
Virginitate
B. Mariæ.

C 4

Quod

Cyrrill. Hie-
rosoly. Ca-
tech, 12.

Quod verò nonnulli sanctorum Pa-
trum affirmant, Virginem in Christi
conceptione fuisse sanctificatam, non
eo sensu accipiendum est, quasi antè
non fuerit sancta; sed quoniam, cum
Christum concepit omnis gratiæ fon-
tem & datorem, sanctior facta est, &
pluribus donis spiritualibus donata ac
locupletata.

Maneat ergo, D. Virginem sanctifi-
catam diuinitus, eaque sanctificatione
ab originali peccato præseruatam esse;
illud inquiramus, an in D. Virgine fo-
mes peccati extinctus penitus, an verò
ligatus tantùm fuerit & cōpressus. La-
tet enim natura in omnibus nobis fo-
mes peccati, & malorum omnium qua-
si incentiuum, quod nihil aliud est,
quàm immoderata & intemperans cō-
cupiscentia appetitus sensitiui, quæ re-
pugnādo rationi, procliues ad malum,
ad bonum desides & inertes facit. De
qua est illud Apostoli: Video aliam le-
gem in membris meis repugnantem
legi mentis meæ, & captiuantem me in
lege peccati, quæ est in membris meis.

Ad Rom.
cap. 7.

Hic igitur fomes, cum diuina gratia
vel

vel tolli possit omnino vel cohiberi saltem, ne contra rationem violenter insurgat (vt D. Paulus testatur, cum sibi ipsi lamentabiliter conquerenti: *Inferlix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* mox responderet: *Gratia DEI per IESVM Christum*) quærimus quid sanctificationis gratia Virgini contulerit: Sustuleritne fomitem an represserit. Et respondemus breuiter, sustulisse. Neque enim decuit carnem, ex qua Christi caro assumenda erat, fomiti subiectam esse. Atque cum hoc datum sit Virgini propter Christum, nullo modo derogat dignitati Christi.

Ad Rom.
cap. 7.

Restat tantum explicandum, quid intelligamus, cum dicimus fomitem sublatum. Neque enim volumus, appetitum sensitium, vel eius inclinationem in sua obiecta, quæ naturalis est, ablatam esse: Vtrumque enim horum mansit: Sed eatenus dicimus fuisse sublatum aut extinctum, quatenus Deipara copiosa illa gratia roborata nunquam sensit in se inclinationem aliquam appetitus sensitui in malum, vel rebel-

lantem rectæ rationi. Poterit hoc commodè exemplo declarari; naturalis nostra vis intelligendi, si nudè & in se tantummodò consideretur, facilè & frequenter inclinatur in falsum eique assentitur; at habitu scientiæ adueniente tollitur facilitas illa iudicandi falsò de rebus: Vnde fit, vt intellectus veris tantùm assentiat. Pari ratione B. Virginis appetitus sensitivus post gratiam acceptam nunquam in malum inclinavit, sed semper in id, quod ratio illuminata dictabat. Itaque cum, vt diximus, fomes sit inclinatio sensus in malum, & hæc, vt etiam iam vidimus, non fuerit in Virgine, meritò fomes dicitur fuisse sublatus.

Et licet gratia sanctificans D. Virgini in utero collata maxima fuerit, dubitandum tamen non est, quin eam postea Virgo in lucem edita miris accessionibus indies auxerit, per ardētia desideria & pia opera: Potissimum tunc, cum VERBUM Caro factum est, cumque vt Angelus prædixit, iam ante in gratia plenam Spiritus sanctus denuo descendit. Ex quo planum fit, MARIAM (quippe

pe

pe Christo donorum omnium spiritu-
ali fonti, & per quem gratia & veritas
facta est, maxime coniunctam) gratiæ
magnitudine omnem creaturam supe-
rasse; Hoc quo minus dubitandum pu-
temus, adducimur ipsius Ecclesiæ au-
toritate, quæ illam super omnes cho-
ros Angelorum in gloria exaltatam es-
se canit; Quare si gloria, etiam gratia
omnibus superiorem fuisse fatendum
est.


Eadem gratia, particulari assisten-
tia diuini que spiritus custodia non ex-
clusa, sic illam adhuc in utero confir-
mauit in bono, vt peccare non posset
vlllo modo. Quæ duo illi cum cæteris
in utero sanctificatis, hoc est, cum Io-
anne Baptista & Hieremia communia
non fuerunt.

Quod si Ioannes Baptista, vt Eccle-
sia canit, ventris abstruso recubans cu-
bili. Regem thalamo manentem sen-
sit, & gestiens exultauit in gaudio, Vir-
ginem Mariam in utero etiamnum cõ-
stitutam, rationis aliquem vsu, per
modum transitus, vt dici solet, habuis-
se, dubitari rectè non posse videtur.

Ne-

Neque verò Maria Virgo gratiam illam iustificatam tunc accepit solum, sed & illis etiam gratis, quæ ad aliorum magis, quam propriam utilitatem faciunt, gratiæque gratis datæ à Theologis dicuntur, aucta fuit. Quod autem quidam negant Deiparam in vita vlla fecisse miracula, non est valde certum. Nam licet probabile sit eam ante Ascensionem filij sui nulla edidisse, Christo tamen in cœlum recepto, id animus ut credat difficulter adduci potest; maxime cum eius videndæ gratia ex varijs mundi partibus fideles confluerent, à quibus habebatur suo quodam modo pro Religionis Magistra. Quare ad eorum devotionem & fidem firmandam corroborandamque, credibile est eam, pro ut necessitas exigebat, varia patrasse miracula; Neque enim temere ab aliquibus Patribus miraculorum effectrix imò abyssus nominatur. Prophetissam fuisse liquet vel ex vno illo vaticinio: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quam prophetiam & præsentionem verissimam esse, testantur omnes ætates: semper enim à solis

solis ortu vsque ad occasum, laudabile
fuit nomen Beatissimę Virginis Marię.



CAPVT. III.

DE NATIUITATE

B. Virginis.

ANNA post cōceptionē mē-
se nono, filiam sanctā, ab
æterno ordinatam, in pa-
radiso promissam, priscis
patribus desideratam, sæculis multis
expectatam, suę virtutis constantisq;
pietatis fructum & præmium amplif-
simum, vniuerso orbi læta in lucem,
non sine miraculo edidit.

Prouerb. 84
Genes. 3.
Isaie 6. & 12
Ierem. 31.
Ezech. 44.

Nata fuit vt Cæsar Baronius *a* col-
ligit, Anno ab vrbe condita 737. Augu. *a* Cæsar
sti Imperatoris à Triumviratu. 26. O- Baron, tom.
lympiade. 190. anno 3. consulibus Fur- 1, annal.
nio Nepote & Iunio Silano, Nazare-
thi Galileę, in ædium Ioachimi & An-
næ parentum domicilio eo, quod post
Christi in cœlos ascensionem (quic-
quid Paulus Vergeri^o in suo ea de re im-
pic

pie edito tractatu obganniat) ob singularia in eo peracta mysteria, ab Apostolis, sanctis vsibus dedicatum, Eucharistiæ sacrificijs ab illis oblatis nobilitatum, & eiusdem Virginis imagine à D. Luca Euangelista affabre depicta, decoratum fuit, & Laureti in hunc vsq; diem, magna religionis & pietatis significatione, miraculorumque patratione, celeberrimum in orbe est.

In lucem sancte suscepta, Mariæ nomen, Angeli præscriptione accepit, & recte; *b* nam si vis verbi spectanda est, Maria Syro sermone Dominam, Hebraice stellam maris significat, & Sacrosancta Virgo totius mundi Dominum & lucem seculis meruit generare perennem.

Porro gaudium natiuitas illa sancta mundo nūciauit vniuerso, totam illustrauit Ecclesiam. Quare diem eius natalem lætitia celebri & celebritate læta, aduersante licet Luthero, *c* festiue quotannis veneratur. Diem vero huius Natiuitatis festum antiquum esse, Petrus Damianus, *d* & ante eum D. Gregorius *e* luculenter testantur; Ad

b Hier. lib. de nom. Heb. Epiph. serm. de laud. Vir. Chrysol. ser. 145.

Damasc. lib. 4. fid. Ortho. cap. 15. Bed. Hom. in festo Annunc.

c Circa Evangelii festo Natiuitatis Mariæ. Et in lib. de pijs ceremon. obseruand.


d In 3. ser. de eo festo.

e In Antiph. & Sacram.

Ad quem magna lætitia celebrandum
 his verbis nos inuitat Sergius Hiera-
 politanus: *In hac festa cèlebriq; luce*
resonemus spiritali cithara: Nā quæ
præsenti die ex Davidico semine nasci-
tur, vitæ Mater est, tenebrarū expul-
trix, Adæ reparatrix Eux reuocatrix,
immortalitatis fons, corruptionis inte-
ritus ac liberatio, per quā nos quidem
in diuinæ naturæ participationē tran-
slati sumus, atq; à morte ipsa liberati,
acclamemus ipsi omnes fideles cum Ga-
briele: Ave gratia plena, Dominus
tecum, qui nobis per te suam magnam
largitur misericordiam. Adeste omnes
fideles. Ad hanc curramus Virginem.
Ecce enim nascitur, quæ ante ortū Ma-
ter DEI nostri præordinata est, Virgi-
nitatis decus unicum, Virga Aaronis
germinans, ex radice Iesse, prophetarū
præconiū, iustorumq; Ioachimi & An-
næ Soboles. Nascitur ergo & cū illa pa-
riter mūdus renouatur. Nascitur et Ec-
clesia, suoq; ipsius decore circumdatur
atq; ornatur templum sanctū, recepta-
culum diuinitatis, organum virgi-
nale, regius Thalamus, in quo admi-
 ran-

Apud Ca-
 nis. lib. 1.
 cap. 11.

randum illud mysterium unionis naturarum in Christo ineffabili modo inter se coeuntium perfectum est. Hunc proinde Christum adorantes omnium reprehensionis experte immaculatæ Virginis Natiuitatem hoc elogio celeberrimus: Natiuitas tua DEI genitrix gaudium annunciauit uniuerso mundo.



CAPVT. IIII.
DE PRÆSENTATIONE D. Virg.

Niceph. lib. 1. Eccl. hist. cap. 7. Metaphrast. de ortu & educat. Deisp. Cedren. in comp. hist. 2. Cent. 1. 1. cap. 10. Euod. apud Niceph. hist. lib. 2. cap. 3. Greg. Nyss. orat. de S. Christ nat. Io. Damasc. lib. 4. de Ortho. fid. cap. 15. Germanus Episc. Constantin. & Gregorius Nicomed. ser. de præf. Andreas Cretensis & alij.



RIENNII spatium vix dū puella sacratissima in domo paterna exegerat, cum (vt veneranda antiquitas testatur, a Centuriatorūque adeo, sicut & aliorum eiusdem non farinae, sed furis hæreticorum, prophanas nouitates condemnat) à parentibus in templum Hierosolymitanū, vt Deo eiusque tēporis Sacerdotib⁹ ex voto offerretur, solenniter & reuerenter adducta fuit.

Sacer-

Sacerdotes eam tanquam sanctius quoddam donarium, rite læteque suscipientes, in sacrarium sacrosanctum, ab alijs thorum virilem expertis seiunctum, exemplo Samuelis, instituendam, educandamque deduxerunt, hoc est, in tēpli sanctiore loco & adytis seu penetrabilibus ipsis tanquā aureis thalamis, in illo interuallo, quod templum inter & altare intercedebat, collocarunt.

Deo porro dicata Virgo totam se eius cultui mancipavit, & in pueritia primaque ætate, procedente præsertim tempore, Domini iugum, Angelo etiā docente, voluntatemque per se alias sponteque sua promptam inflammante magis, sic portavit, ut cum esset parvula placeret altissimo.

Laboravit sine victus sollicitudine (hic enim ab Angelis, quantum ad frugalitatem satis erat, præbebatur, ut plerisque a antiquioribus visum est) ut acceptum ingentem gratiæ & sanctitatis innocentiaque thesaurum sedulo non conseruaret modo, sed & virtutis ac perfectionis omnis accessione, suis meritis (per fidem enim ambulavit, &

a Georg,
Nicomed.

hom. de oblatione in templo. Cedren. in compendio historiae, Pataleon apud Metaph. alij.

Vide Canticum operis Mariani lib. 1, cap. 13.

D

non

b In scripto
cō. Smithæū
& c. 4. Ep.
ad Rom.

c In Postil-
la circa ex-
plic. Euang.
in festo An-
nunciat. B.
Virg.

d Proverb.
31.

e In compē-
hitor.

Rupert. iib.
3. in Cantic.
Canisius ybi
supra,

non per speciem) confirmaret augetet-
que, repugnet licet Petrus b Martyr
non Christi, sed Diaboli.

Ac licet in hæreditatem bonorum
paternorum nonnullam vel tenuem
admodum, vt Lutherus c imperite iu-
dicat, sola successura esset, nihil tamen
proprij, in hoc mundo possidere, verū
se omniaque sua Deo & diuinæ volun-
tati dedicare religiose ac sponte decre-
uit. Ad summam, virtutum omnium
præsidij instructissima, d diuitijs v-
niuersas filias supergressa est.

Neque erat diuinarum etiam reue-
lationum expertus; nam, si Cedreno e
credimus, cum ad annum ætatis suæ
12. peruenisset, cum media nocte ven-
turi Messiaë desiderio pijsque præcibus,
quarum semper fuit studiosissima, in-
cumberet, vocem diuinitus audiuit,
Matrem se Dei futuram. Quid quod nõ
desint etiã, qui eam, ne D. Paulo inferi-
orem faciãt, Deum trinum & vnũ clare,
per modum transitus, vidisse asserant?


Iam vitæ huius omnis, ab illa in tē-
plo illo institutæ & seruatæ, ratio, vt &
præsentatio, cum Deo opt. max. per-
grata,

grata, Angelis iucunda, hominibus ad memorandum & imitandum opportuna extiterit, rectissime à plerisq; maioribus nostris, statò festoque die celebrata fuit. Qui vt toti deinde Ecclesiæ festius magis esset solenniusque seruaretur, Sixt. V. Pontifex. Maximus noua Bulla de hac re edita constituit.

Cæterum de præsentatione & oblatione D. Virginis in templo, ita scribit Damascenus lib. 4. cap. 15. *Adducitur (D. Virgo trimula, vt alij tradunt) in templum, deinde in domo DEI plantata & impinguata spiritu, veluti oliua fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est, ab omni seculari vita & carnali concupiscentia procul mentem abiungens; & sic Virginem animam cum corpore conseruans, vt decebat eã quæ in utero DEVM susceptura erat. Sanctus enim cū sit, in Sanctis requiescit.*

Eiusdem præsentationis meminit D. Gregorius Nyssenus Homel. De Natiuitate Christi, his verbis: *Illam cum iam grandiuscula esset, nec ubere Matris amplius indigeret, ducens ad templum*

plum Deo reddidit Mater, & studiose promissum exsoluit (vouerat enim se Deo dedicaturam eam quam pareret prolem more veteris illius Annae, ut ibidem dicit Nyssenus) Sacerdotes autem quamdiu paruula fuit, ad Samuelis similitudinem in sanctis aedibus educarunt.



CAPVT V.
DE DESPONSATIONE
D. Virginis.

ANNIS vndecim in templo pie sancteque transactis, ex loco illo sacratissimo, in quo, gentis illius consuetudine Deique voluntate diutius manere non poterat, à sacerdotibus educitur, & cui Virgo sancta collocanda sit, quæritur.

Nyssen. Homil. de Natiuitate Christi.

Esaiæ 11.

Ac cum ipsi ex Esaiæ vaticinatione quæ sic habet: Egreditur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, perspicue postea cognouissent, sponsum familiæ Dauidæ esse debere, & il-

& illius eum quidem, cuius Virga germinatura, & in cuius capite Spiritus sanctus columbæ specie confessurus esset, Iosepho, non viduo, vt veteres nonnulli sensisse leguntur, sed Virgini, vt alij D.D. rectius iudicant, Iosepho inquam, qui referente Africano, Theologo antiquissimo patrem naturalem Iacob, & legalem Heli habuerat, ex eadē familia ac tribu, imo & regia Dauidis stirpe oriundo, sortibus ita postulanti-
bus Virginem 14. annorum Hierosoly-
mis desponderunt.

Verum fueritne in ea dispensatione consensus ijs verbis expressus, quæ præ-
sentis temporis significationem habu-
erint; an quæ futurū tempus indicaue-
rint, cum exploratum non sit, vtrumq;
affirmari recte poterit. Quanquam si
sponsalium tantum rationem habue-
runt, nuptiarū fœdera sequuta illa po-
stea fuerunt, vt sacra Scripturæ con-
forme magis est, & à D. *a* Augustino, *a* In 1. cap. Matth.
& alijs asseritur. Licet ex Sanctis Pa-
tribus nō pauci contrarium senserint,
vt D. Gregorius Nyssenus qui in orati-
one de Natiuitate Christi ait: Coniun-

31 VITA D. MARIAE

ctio hæc sponsalia nõ est egressa. Cuius sententiæ etiã fuit D. Epiphanius Her. 78. & Cyrillus Hierosol: Catech: 12. & D. Hieronymus in capit. 2. Matth. qui desponsationem hanc ad nutritionem tantum Virginis ordinatam esse putat, sicut Euthymius Theophylactus, & Hilarius, in 1. caput Matth ad tutelam & custodiam.

Matrimonium vero sic illa cum Iosepho iniit, vt vel ante, vel post illud statim perpetuo se etiam Virginitatis cõseruandæ voto astringeret. Id quod ex illis eius verbis: *b* Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco? Gregorius Nyssenus. *d* D. Augustinus, *e* Beda, *f* Anselmus, *g* Rupertus, *h* Bernardus, Abdias, Nicolaus Pontifex *k* & alij recte concluderunt. Sensus enim illorum (nisi cum Caluino & Petro *m* Martyre responsionem D. Virginis, vel superuacaneam, vel stultam facere velimus) hic duntaxat esse potest; Virum non cognosco, hoc est, virum cognoscere prohibeor, non quia impotens vel sterilis ille sit (hoc enim ipsa, *l* In com. huius loci apud Marth. *m* Lib. 1, de coelib, & votis

b Lucæ 1. cap.

c In orat. de Natiuitat. Domini.

d Lib de S. Virgin. c. 4.

e In cap. 1. Luc.

f Lib. de Excell. virg. cap. 4.

g Lib. 3. in Cantic.

h Serm. 4. super Missus est. Et in sermo. signum magnum.

k 27. q. 2. cap. sufficit.

l In com.

huius loci apud Marth.

sepheo iniit, vt vel ante, vel post illud statim perpetuo se etiam Virginitatis cõseruandæ voto astringeret. Id quod ex illis eius verbis: *b* Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco? Gregorius Nyssenus. *d* D. Augustinus, *e* Beda, *f* Anselmus, *g* Rupertus, *h* Bernardus, Abdias, Nicolaus Pontifex *k* & alij recte concluderunt. Sensus enim illorum (nisi cum Caluino & Petro *m* Martyre responsionem D. Virginis, vel superuacaneam, vel stultam facere velimus) hic duntaxat esse potest; Virum non cognosco, hoc est, virum cognoscere prohibeor, non quia impotens vel sterilis ille sit (hoc enim ipsa,

m Lib. 1, de coelib, & votis

ip
sc
ali
la
ua
re
gu
c
illu
cup
ph
vir
Tr
fui
lui
cõ
ne
iust
ob
iug
exp
vt
cer
vir
res

ipsa, cum ad illum nondum peruenisset, scire non poterat, neque quia lege aliqua communi (talis enim tunc nulla erat) prohibebatur, sed quia lege privata voti, quo minus virum cognoscere possim, impediatur.

Quod si, quemadmodum D. *a* Augustinus, Gregorius Nyssenus *b* Alb. *c* Mag. & Scotus *d* voluerunt, votum illud ante Matrimonij vinculum nuncupavit, nō ideo cum Caluino *e* blasphemante putandum est, lusisse potius virum, quam cum eo serio contraxisse; Tradidit enim absolutam in Iosephum sui corporis potestatem, sic vt si ille voluisset, matrimonium quoque cum illa cōsummare potuisset. Id quod ad rationem matrimonij requiritur & sufficit.

Neque vero vice versa traditio huiusmodi voto illius etiam virginittatis obstitit, quando quidem in vsum coniugij, cum illud contraheret, deliberata expressaque voluntate non consensit, vt perfide *f* Caluinus, *g* Beza, *h* Bucerus, *i* Martyr, & *k* Centuriatores virginem corpore, non mente, facientes mentiuntur, & reuelatione præterea

a Loco cit.
b Loco cit.
c Li. de laud. Virg.
d 4. de 30. q. 2.
e Loco cit.

f In cap. 2. Lucæ.
g Ibidem.
h in cap. 10. Matth.
i In lib. de cœlib. & votis mona.
k Cent. 1. lib. 1. c. 1.

D 4

diui-

diuina edocta, futurum sciebat, vt Iosephus debitum suum nunquam exigeret.

Et quando copula carnalis sola; eiusque voluntas explicata virginitati obstat, eam viro Iosepho, saluo virginitatis voto, nubere potuisse explorate constat.

3. pa. quest.
28. artic. 4.

Loco citato.

Quod si cum D. Thoma censeamus eam post matrimonium, ante tamen quam illa ab Angelo salutaretur, votum emisisset, non ideo tamen perfide (vt impius Caluinus asseruit) coniugium, quia eius vsui obicem posuit, spreuisse, sed minori tantum bono, saluo tamen illo, maius Virginitatis perpetuae ex voto seruandae adiunxisse credendum est.

Matrimonium autem ideo Dei voluntate inter illos initum est, ne vel incarnati verbi mysterium Cacodæmon tam facile resciret, a vel Sacrae virginis lapidationis & infamiae periculum crearetur, vtpote cui grauis alius, quem admodum D. c. Ambrosius loquitur, corruptelae videretur in-

a Ex Ignat.
Hieron. super
1. cap. Matt.
tomo 9. &
Beda in 3.
Lucæ.

b Hieron.
ibid.


c Ambros.
lib. 7. in Luc.

tur, corruptelae videretur in-

signe præferre.

* * *

CAPVT



CAPVT. VI.

DE ANNUNTIATIONE B. Virginis.



QVATOR vix dum menses ab egressu templi in sua, Virgo exegerat, cum ei soli sine comite, soli sine teste, vt habet Ambrosius, in conclauis illius, clauso ostiolo, sacris studijs vacanti, Angelus apparuit. Is fuit Gabriel, qui, si nominis Etymon spectes, cum Procuro *a* Archiepiscopo Constantinopolitano, in Homilia quadam, assidente Nestorio Constantinopoli dicta, & cum Theophylacto, *b* DEVM & hominem recte significat; eum enim annuntiaturus venit, qui & DEVS erat, & carnem ex Virgine, quam salutauit, vt etiam homo esset, sumpturus erat. Secundum Hieronymum *c* vero & Bernardum *d* virtutem & fortitudinem Dei etiam significat, quia eum venturum annuntiauit, qui virtutum Dominus est & potens in prælio.

Lib. 2. de Virg.

a In Synod. Ephes.

b In 1. Lucæ.

c Lib. de Nom. Hebr. d Homil. de laud. Virg.

E Hic

a Lib. de
Spiritu S.
b Serm. 14.
in Natal.
Domini,
3. p. q. 30
ca. 2.

c Serm. 14.
de Natiuit.

Hic Gabriel DEI pronubus, iuxta D. Ambrosium *a* & D. Augustin. *b* Archangelus, & quando (vt D. Thomas sensit) multis sui ordinis collegis imperat ac praesidet, summus in eo ordine est. Apparuit vero illi non secundam species imaginarias, sed in vera aspectabiliq; viri figura & forma, & vt D. Augustinus ait, *c* facie rutilante, veste coruscante, incesso mirabili.

Idem Gabriel, suae vt legationis initium faceret, singulari eam honorificentiae priuilegio his verbis: **AUE GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM, BENEDICTA TV IN MULIERIBVS**, insolita ratione salutat attentamque adeo & defixam eius mentem ad tantae rei mysterijque considerationem facit.

Hic porro Grammatici malae fidei diem dicunt antiquo Interpreti, & graeca illa $\chi\alpha\iota\rho\epsilon\ \kappa\epsilon\chi\alpha\rho\iota\tau\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$, parum fideliter his latinis: **Aue gratia plena; conqueruntur esse reddita.** Quid ita vero? Quia $\kappa\epsilon\chi\alpha\rho\iota\tau\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$ gratificatam seu gratam factam, non gratia plenam signifi-

significat. Primum quod dicunt facile
damus. Neque id fugit Interpretem
nostrum, vt proinde his monitoribus
& Doctoribus minime egerit. Sen-
tentiam enim illam, ad Ephes. i. ἐχαρί-
τωσε μᾶς ἐν τῷ ἡγαπημένῳ, ita
vertit: Gratificauit nos in dilecto. Si
sciuit χαρίτῳ esse gratificare seu gra-
tum facere, proculdubio sciuit etiam
passiuum eius χαριτῶσθαι gratifica-
ri seu gratum fieri, & quod hinc sequi-
tur, κεχαριτωμένην esse gratificatam
seu gratam factam. Cur ergo isti λα-
βοὶ παγγλωσσία κόρακες ὡς ἄ-
κραντα γαζύσι διὸς πρὸς ὀρνιθα
θεῖον?

Alterum quod dicunt, reijcimus vt
falsum, imo asserimus rectissime & ap-
positissime Interpretem vocibus illis:
GRATIA PLENA: Græcam dictionē
expressisse: Gratificamur enim à DEO
per gratiæ infusionem; & quo quis ma-
iorem accipit gratiam, eo magis grati-
ficatus & consequenter eò plenior est
gratia; Cum igitur D. Virgo super om-

nes mortales gratificata fuerit, id enim dignitas officij Matris DEI, ad quod ab æterno destinata erat, exigebat, sequitur quod omnibus alijs hominibus, imo & Angelis, plenior gratia fuerit. Iure igitur Interpretes noster, respiciens ad causam huius gratificationis, posita causa loco effectus, vel potius vocabulo causæ loco vocabuli effectus, *κεχαριτωμένη*, plenam gratia vertit, quia per plenitudinem gratiæ tanquã per causam *κεχαριτωμένη* & gratificata Deipara fuit. Quis autem nescit causas per effecta & ipsa effecta per causas tropo satis trito & noto describi & intelligi solere? Quod mirum est istos grammatices tam studiosos non aduertisse: Sed nolunt videlicet, gratia plenam, cum Antiquitate; quæ sola ad hanc tuendam Interpretationem nobis sufficere deberet; gratificatam, vel quod minus adhuc aptum est, gratiosam volunt; vt suum illud de fauore DEI externo, & iustitia imputatiua falsum dogma melius velent Nam si quis D. Virginem plenam gratia celebrari audiat,

audiat, statim aliquid intra & non extra Virginem mente & cogitatione efformat; quam notionem vox illa altera tam distincte animo nequaquam subijcit, ac proinde fraudi hæreticorū aptior est.

Scimus alios quoque plenos gratia dici, neq; tamen quoad gratiæ magnitudinem cum hac nostra Virgine comparari posse. Plenitudinum enim vna est plenior altera, vt recte dixit D. Thomas. 3. p. q. 7. a. 10. secundum quod aliquis diuinitus præordinatus est ad altiorem vel inferiorem statum. Nam & mare plenum est aqua & fluuius & fons. At quis nesciat quantum mare excedat copia & abundantia aquarum fluuium vel fontem? Eodem modo sanctus Stephanus act. 6. dicitur plenus fide & Spiritu sancto, id est, donis sancti Spiritus, inter quæ haud postremum est gratia sanctificans. Et paulo post in eodem cap. secundum vulgatam editionem, appellatur plenus gratia & fortitudine, licet in græco textu sit: *πλήρης πίστεως*, id est plenus fide. Verū

E 3 ple-

plenitudo hæc gratiæ in Stephano tāto minor fuit, quā in B. Virgine, quanto minor & inferior est Diaconus Matre Dei, & dignitas Diaconi dignitate Matris Dei. Quæ Mariæ peculiaris plenitudo gratiæ, satis ab ipso quoque Angelo expressa est verbis illis amplissimis: Dominus tecum. Et, benedicta tu in mulieribus. Hæc enim quid aliud significant quam summam gratiæ plenitudinem, qua D. Virgo perfusa fuit? Quid quod Franciscus Turrianus in Epist. de peccato originali, ex ista ipsa Angeli salutatione & gratiæ plenitudine non improbabiler colligit immaculatam D. Virginis conceptionem? Nam si Euangelista Lucas Virginem κεχαριτωμένην, id est, gratia plenā ab alijs qui secundū scripturā dicuntur & sunt κεχαριτωμένοι, id est, gratia pleni tanquam excellentius gratia plenam distinguere voluisset, idq; vis Angelicæ salutationis postulasset, omnino articulum participio addidisset, vt regula grammaticæ constructionis requirebat, quam non ignorabat Lucas. Sed

Sed quia sic erat Virgo κεχαριστωμένη, id est, gratia plena, ut nunquam ea caruisset, eratq; sola ac singularis quæ nunquam peccauerat, non erat ab alijs gratia plenis distinguenda, nec apponendus articulus participio, quia participium sine articulo τὸ μοναδικόν, id est, singulare significat, ut tradit Apollonius qui ante mille quadringentos annos floruit lib. i. de syntaxi cap. 27. & 28.

Idem ex illis verbis colligitur: Benedicta tu in mulieribus. Sunt quidem & dicuntur in nouo testamento benedicti omnes, qui Christi participes facti remissionem peccatorum consecuti sunt. In remissione enim peccatorum consistere imprimis hanc benedictionem colligitur ex Isaia cap. 27. propterea auferetur iniquitas Iacob: Et hæc est benedictio eius, cum abstulero eius peccatum.

Quod si Virginem hoc modo benedictam Angelus vocasset, & eam Lucas Euangelista secundum vim salutationis Angelicæ, ab alijs eodem modo, licet

41 VITAE VIRGINIS

non æqualiter benedictis, tanquam magis benedictam distinguere voluisset, articulum plane hic quoque apposuisset, sermone ad usum articuli accommodato: Sed quia sola erat Virgo alio modo benedicta, scilicet nulla antegressa maledictione propter peccatum, quod remissione opus haberet, dixit simpliciter; εὐλογημένη σὺ.

Iam vero illud: Dominus tecum: cū positum sit inter illa duo: Gratia plena; &, Benedicta: quæ singulari modo Deiparæ conueniunt, consequens est, vt hoc quoque soli Virgini congruat. Vt enim sola fuit semper κεχαριτωμένη, id est, pulchra & gratia plena ac benedicta, nulla fœditate aut inimicitia aut maledictione antegressa, sic cum ea fuit semper Dominus ab ipso puncto conceptionis, id est, semper fuit in ea quod Domino placebat & gratum atq, acceptum erat.

Quæ omnia ipsa etiam Virgo satis confirmat. Nisi enim nouum & inauditum genus gratiæ & benedictionis ei nuntiatum esset, non fuisset causa, cur
saluta-

salutationem Angeli tantopere miraretur: Nam illud, Dominus tecum; non erat insolitum, vt patet in multis scripturæ locis. Neq; illud κεχαριτωμένη penitus erat insuetum; cum alij etiam sint & vere vocentur κεχαριτωμένοι, id est, gratia pleni. Sed & illud: εὐλογημένη σὺ; benedicta tu; iam antea David tribuerat Abigail vxori Nabal: Cur igitur turbata & mirata est? Quia intelligebat se solam plenam gratia, se solam benedictam; & cum se sola Dominum esse, nouo modo benedictionis, gratiæ, & præsentia diuinæ, eo scilicet in quo non fuisset antegressa maledictio, nec peccatum; nec alienatio à gratia; nec a Deo auersio; quæ benedictio soli Virgini obtigit. Quod ipsū ab Angelo quoque significatū est cum dixit: Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud Deum, Græce χάριμ sine articulo; quia singularis erat gratia & soli Virgini data; cōceptam & natam esse sine peccato originali: sed de his fusius Turrianus, nos ad propositum reuertamur.

E s

Hæc

Hæc solito spèdidior Angeli apparitio, salutatioque laudes eas continens quas Virgo modestissima simul ac humillima non agnosceret, eam non nihil turbarunt. Et quoniam bonorum Angelorum est terrere initio, deinde solari, illam Gabriel nomine appellans, ne timeret non hortatur modo, sed & in apparitione & genere salutationis exquirendo occupatam adeoque sollicitam, omni illa cura liberat. Quod facit dum legationis suæ, cuius initium ab officio salutationis desumpserat, finem, quem antea illa etiã aliquo modo cognouerat, clarius exponit, tempus videlicet adesse, quo æterno DEI consilio Messias mundi que Redemptor Christus Iesus ex illa conciperetur & pareretur.

Et rectè, si quidem personam spectes, Annuntiatio hæc facta est, ut ita seruetur ordo diuinus, quo medijs Angelis diuina ad homines peruenire solent.

MARIA cui nihil erat charius pudicitia, nihil virginitate antiquius, quo modo, iuxta promissionẽ Angeli, Ma-

ter

ter
vot
per
gul
lijs
sed
dur
ipfi
M
uin
ma
rat,
ade
din
pos
I
Zac
dist
ynd
gno
nex
Ma
do
inq
pre
qui
nitu
mif

ter fieret, quæ Deo virginitatem suam voto dicasset, admiratur & admirando percunctatur. Quæ percunctatio si Augustino, Ambrosio, Bernardo, Bedæ aliisque credimus, non fuit dubitantis, sed quærentis & discere cupientis modum, quo res illa futura erat, quæ cum ipsius voto pugnare videbatur.

Malignantis igitur naturæ est Caluinus *a* cum Virginem non minus maligne, quam prius Zacharias fecerat, Dei potentiam restrinxisse, illudq; adeo, quia cum communi naturæ ordine pugnabat, iudicio ipsius fieri non posse, temerè asserit.

a In Com.
huius loci a-
pud Marlo-
ratum.

D. Augustinus *b* inter Mariam & Zachariam, quod ad fidem attinet, sic distinguit; Zacharias quando ait, vnde hoc sciam, vel per quid hoc cognoscam, qui sum adeo cum vxore senex: desperando dixit, nō inquirendo: Maria vero cum interrogat: Quomodo fiet istud, quia virum nō cognosco? inquirendo dixit, non desperando. Propterea illi (Zachariæ) dicitur tacebis, quia non credis; huic verò causa exponitur, quia dum interrogaret, de promissione non dubitavit.

b Lib. 16.
de ciuitat.
cap. 24.

Sar.

a In Euang.
de Annunciat.
at. B. Virg.

Lucæ cap. i.

Sarcarius a vero, quoniam animalem, infirmam, dubitantem, infidelem, & se verbo Dei, rationis & humanæ sapientiæ argumentis opponentem, illā fuisse, affirmat, irrationabile se pecus esse demonstrat. Quomodo enim illa, quæ gratia plena erat, & cum qua Deus singulari ratione, iuxta Angeli dictum, semper aderat, talis, qualem Sarcarius blasphemus describit, esse potuit?

Interrogationi illi Virginis Angelus sic respondet, ut conceptum illum non viri coniunctione, sed Spiritus sancti opere virtutisque altissimi obumbratione procuratum iri significaret. Deinde id a Deo fieri posse exemplo Elizabethæ illius propinquæ, quæ senex & sterilis contra præscripta naturæ, Ioannem sexto abhinc mense concepit, aliqua ratione docet.

Et quando hæc omnia eo spectabant, ut Virginis assensus ad summum illud nobisq; maxime necessarium Dominicæ incarnationis mysterium perficiendum accederet, consensit, ancillam Domini ad omnia ea, ad quæ ipsa Angelus delectam esse dixisset, paratam se ostendit. Ora-

Orationem Virgo assentiens vix cō-
pleuit, & filium Dei patris, in vterum
suum infusum, atque hominem, diui-
nitate retenta, virginitate illæsa, matris
pudicitia salua, Spiritus sancti opere
factum, persensit.

Errarunt igitur Ethnici & Iudæi,
cum, vt Virgo pariat, stulte & perfide
fieri posse negauerunt. Exorbitarunt
etiam impuri Ebionitæ, Cerinthi-
ani, & Photiniani, vt D. Augustinus au-
tor est, *a* cum id factum fuisse infici-
ati sunt, adeoque Iosephum Christi ve-
rum parentem fecerunt, & Mariæ Vir-
ginitatem ante partum ademerunt.
Non longe ab illis, in gloriam Dei o-
mnipotentis blasphemi Centuriatores
b discedunt, cum eam corpore magis
quam animo & affectu Virginem fa-
ciunt.

Et quanquam illud sanctissimæ Tri-
nitati ratione aliqua adscribi possit,
proprie tamen personæ tertiæ in diui-
nis, hoc est, spiritui sancto attribuitur
propter summum Dei in nos amorem,
qui vel maxime in hoc incarnationis
mysterio elucet. Opera autem amoris
Spiritui

a Lib. de
Hæresibus
hæc. 8. 10. &
45.
Irenæus lib.
1. cap. 25. &
26.

b Cent. 1. l.
1. cap. 10.

47 VITA D. MARIAE

Spiritui sancto attribui, nemo nescit. Sic autem illud ei attribuitur, ut non propterea tamen recte ille Christi pater, vel illius Christus filius dici possit, quemadmodum recte D. Augustinus notavit. c

c Enchirid. cap. 10.

d Lib. 2. de Trin.

e Iren. lib. 3. cap. 4.

Tertull. de carne Christi.

Aug. her. 11.

f Ut patet ex colloq.

V V insmarrien.

g Epiphian. ser. 66. in Ep. Manichæi ad Marcellum August. her. 46

h August. hæres. 23.

Euseb lib. 5. hist. Eccles. cap. 13.

i Quos citat Caiet. in 3. p. q. 31. artic. 5.

Neque vero vel ex substantia Dei, ut horrendæ impietatis architectus Serapion, d vel ex substantia patris, ut Valentinus vere gentilis; e vel ex eius semine, ut Mennon Simonis Anabaptistarum Coryphæus insane docuerunt, f Christi corpus, Spiritus sanctus efformavit.

Corpus item illud, quod Spiritus sancti opere perfectum affirmavimus, neque secundum insanum Manetem phantasticum; neque iuxta Valentinum cœleste; neque iuxta Appellianam opinionem ex elementis compactum; sed ut Orthodoxi verissime docent, ex purissimo castissimoque D. Virginis sanguine, ad ampliorem digestionem, virtute eius generatiua, sine voluptatis aliquo æstu (obumbravit enim eam Spiritus sanctus) perducto, & non in cor (ut stulte nonnulli putarunt) sed

in lo
coag
C
ticip
cont
nari
uini
A
sub
bum
form
quo
nasti
verb
mni
secu
com
(no
& pi
chet
deli
non
tur,
psit,
dit.
It
Christ
in Apo

in locum à natura constitutum coacto, coagmentatum fuit.

Corpori illi animam rationis participem tanquã formam infudit Deus, contra quam Ariani *k* & *l* Apollinaris, falso senserunt, existimantes diuinitatem eius formam extitisse.

Antequam autem propria ab illis subsistentia efflueret emanaretq; , verbum, non sensibile illud Angeli in aère formatum, quo locutus est B. Virgini, quod transijt, vt quidam quorũ Athanasius *m* meminit, arbitrabantur, sed verbum quod erat Deus, per quod omnia facta sunt, seu in diuinis persona secunda, naturam illam hypostatice, communicata propria personalitate (non vero plenitudine omnis Deitatis, & proprietatum essentialium, vt Eutychetis posthumi Brentius *n* & Schmidelinus *o* cum Symmisticis *p* fingunt, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmât) assumptit, incommunicabilemque reddidit.

Ita Spiritus sancti Beatæque Virginis

Christi. *p* Hunn. lib. de persona Christi. Selnecc. & Kennit.
in Apol. Concord, Gerlach. lib. de maiest. Christi.

k Ambros. lib. de incar. dom. sac. c. 7
 Euseb. li. 11. list. cap. 20.
 G. ego. Naz. ep. 1. ad Clodion.
 August. lib. de hæ. hæ. ref. 49.
 August. hæ. 55. & D. Thom. 3. p. q. 5. art. 3. *m* In hom. in Euang. Misus est.
 n Brent. in Apolog. cōfess. V Vittemb. & lib. de maiestate Christi homi.
 o Schmidt in lib. Concord. & Theol. Tub. de hominis Christi maiestate & V Vittemb. nis de persona

cit.
 non
 pa-
 pos-
 tin^o
 Dei,
 Ser-
 Va-
 s se-
 pri-
 unt,
 for-
 fan-
 ne-
 m g
 rinu
 opi-
 sed
 e pu-
 fan-
 m, &
 raris
 cam
 n in
) sed
 in

q Lib. 3. c. 9
 r Theodo-
 ret. lib. 4.
 hæc. fab.
 B. Leo E.
 97
 f Damasc.
 hæc 99. Eu-
 thym. p. 2.
 panopæ tit.
 18.
 t Gr. gor.
 lib. 4. Ep. 32.
 Theodoret.
 lib. 4. hæc.
 fab. Cyril.
 Alex. I. Ep.
 2. ad Succes-
 sum & epi. ad
 Achat. & ep.
 ad Eulogiū.
 v Vide Au-
 gust. de fide
 ad Petrum,
 c. 18. f. x. Sy-
 nod act. 11.
 ex Ep. So-
 phr. appro-
 bata in a. 510.
 ne 13.
 Damasc. l. 3.
 de fide cap.
 12. & 20

nis opus (efficientis enim ille archite-
 ctique rationem habuit, sicut & illa
 materiam ad fœtum præparauit) fuit
 Christ⁹, hoc est, Deus & homō, seu ver-
 bi diuini persona vnica, vt in duabus
 naturis diuersis diuina & humana exi-
 stit, non quandoque quidem in hac,
 quandoque vero in illa, sed in vtraque
 natura indiuisibiliter & inseparabiliter
 manens hypostasis; tota huius & tota
 illius impartibiliter & plenissime, ait S.
 Damascenus q

Falso igitur vel Eutyches r vnā
 in Christo duntaxat naturam, & Mo-
 nothelitæ s vnā voluntatem ac in-
 tellectū, vel t Nestorius Christi homi-
 nis & Dei personas duas esse asseruit.

Opus porro hoc, cum eius, qui infi-
 nita præditus est virtute, præcipue exti-
 terit, quicquid Bucerus v contrarium
 sentiens, garriat, eodem temporis mo-
 mento numeris omnibus perfectum
 absolutumque fuit, hoc est, corpus nul-
 la temporis mora intercedente coagu-
 latum, tenui membrana vestitum, in-
 masculum formatum, rationali anima
 informatum, verbi diuinæ personæ,
 quæ

qu
 De
 cor
 Ver
 hal
 pri
 tur
 sic
 mu
 lice
 fui
 tus
 cur
 fun
 filii
 Vir
 que
 tur
 ver
 D.
 cet
 ort
 cen
 Vi
 eni

quæ in principio apud Deum adeoque Deus erat, arctissime seu hypostatice coniunctum copulatumque fuit, sicq; Verbum caro factum in utero clausum habitavit in nobis.

Ex hætenus dictis sequitur Mariam primo in hac conceptione veram naturalemque hominis matrem fuisse; tunc sic matrem hominis eam fuisse, ut simul etiam Virgo esset; tertio, repugnet licet Nestorius, x matrem etiam Dei fuisse, Dei non patris, Dei non Spiritus sancti (quemadmodum Sabellius cum essentia in diuinis hypostasim confundens desipuisse conuincitur) sed Dei filij solius. Illius enim mater fuit, quod Virgo concepit; id autem concepit, quod in instanti conceptionis fuit natura concepta, cuiusmodi est solum verbum seu filius Dei.

Audiamus Damascenum, qui, quod D. Virgo sit Dei genitrix præclare docet aduersus Nestorianos lib. 3. de fide orthodox. cap. 12. *Dei autem genitricem, inquit, proprie ac vere sanctam Virginem prædicamus. Quemadmodum enim verus Deus est, qui ex ipsa natus*

F

est;

x In expos.
fidei quæ ha-
beur tomo
vlt. operum
Cyrilli.

SI VITA D. MARIAE

est; ita vera Dei Mater, quae verum Deum ex se incarnatum genuit. Et infra Merito ac vere sanctam Mariam Dei genitricem appellamus. Hoc enim nomen totum Humanitatis assumptae mysterium astruit. Nam si Dei Mater est ea quae genuit, profecto Deus est, qui ex ipsa genitus est: Profecto etiam homo. Nam qui fieri potuisset, ut Deus qui aeternum omne antecedit, ex muliere nasceretur, nisi homo exstiteret? Qui enim hominis filius est, homo etiam ipse sit necesse est, quod si ille ipse, qui ex muliere natus est, Deus est, unus nimirum atque idem est, qui, quantum ad diuinam principijque expertem essentiam attinet, ex Deo patre genitus est, et qui extremis temporibus secundum eam substantiam, quae initium habuit, temporique subiecta est, hoc est, humanam, ex Virgine natus est. Et sermon. i. de Natiuitate D. Virginis ait; Pudore afficiatur Nestorius, ac manum ori imponat. Puer hic Deus est; quo nam igitur modo ea Dei genitrix non sit, quae peperit? Si quis Virginem sanctam Dei genitricem non confitetur, a Deitate remotus est.

Quod

Quod autem loco supra notato D. Damascenus ait, B. Virginem non debere dici Christiparam, id factum est odio Nestorij Hæretici, qui hac voce suam hæresin velabat. *Christiparam sanctam Virginem neutiquā dicimus, inquit Damascenus, propterea quod ad tollendum Deiparæ vocabulum nefarius ille & execrandus, & cum Iudæis sentiens Nestorius, illud, inquam, vas ignominia, in contemptum solius vere supra res omnes conditas honoratæ Deigenitricis (disrumpatur ille licet, unā cum patre suo Sathana) hoc nomen excogitavit.*

Volebant autem sancti Patres cum Hæreticis ne nomina quidem habere communia, ne illorum errori favere viderentur, quod faciendum esse prudenter quoque monet D. Thomas 3. p. q. 16. a. 8. Nam ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis, ut dicit ibidem D. Thomas ex sententia D. Hieronymi.

Quando tamen periculum erroris nullum, & fraus nulla subest, non est cur Christiparæ nomen fugiamus, aut

53 VITA D. MARIÆ

illos qui id bono & catholico sensu v. surpant condemnemus, cum illis vnū idemque significet Christipara & Deipara, & vtroque, prout sors fert, sine discrimine vtantur.

Quanquam autem Christi Dei vt & hominis parens materque illa fuerit, & veros sit, nequaquam tamen inde rectè Mahometani Deam eam quoque esse concludunt.

Neque vero conceptione Christi illud duntaxat factum est, vt mater Dei rectè diceretur, sed & sanctitatis gratiæque suæ, quæ augeri non posse videbatur, magnum cumulum accepit, pluribusque donis spiritualibus donata ac locupletata fuit.

a Cap. 20: Ac quia in sapientia absconsa, vt Ecclesiasticus a ait, & thesauro inuiso

b In maiore vtilitas nulla est, dubitari rectè à Luthe-
Pottstl. circa ro b & Erasmo c non potuit, quin


ab Epiphani Maria sciuerit vel crediderit, filium su-

c Vide Ca- um vt verum hominē, ita verum Deum
nisiū lib. 4. etiam esse; rursū magno se gratiæ mu-
cap. 2 nere auctam fuisse.

Vtrumque porro illa vt fieret, meruit quoque, non ex iustitia quidem, sed

sed posito quod Deus semel naturam humanam assumere decreuit, ex congruo tantum, vt Scholæ Doctores loquuntur; *a* conueniebat enim, vt quæ ex stirpe Adæ, & sanctitate eximia, heroicisq; virtutibus prædita erat, Mater illa Dei fieret, & amplioris gratiæ dignitatisq; accessione ornaretur.

Quæ omnia, etsi per se magna atq; illustria sunt, vt maiora tamen atque illustriora illa redderentur, festiua lætitiæ lætaque festiuitate cumulauit Ecclesia; id quod iam olim etiam, vt vel ex Athanasij oratione de D. Virgine, in qua huius diei festi mentionem facit, luculenter constare potest.



CAPVT VII.

DE VISITATIONE

D. Virginis.



OST Angeli Gabrielis in cælum discessum, nuncio Elizabethæ cognatæ seu cōsanguineæ suæ excitata Maria, eius inuisendæ consilium prudens salutareq; coepit.

F 3

Con-

a In 3. d. 4. q. 3. & p. 3. D. Thom. q. 3 art. 116. Vide Basil. de hum. Christi gener. Hieron. ep. ad Eustoch. de custodia Virg. Ambr. ep. 82. Chrys. ser. in domini hypopante & hom. 49. in 25 cap. Gen. Augu. lib. de gratia & natura cap. 36. Bern. in festo nati. & assumpt. & in aduentu Domini ser. 2. Ita canit etiã Eccles. in hymno Regina cœli.

Vide Bedam
lib. 1. in 1. ca.
Lucæ 1. ex-
pos.

b c Apud
Canis. lib. 4.
cap. 4.

d Bern ser.
1. de assumpt.
Leo M. ser.
5. de Epiph.
Cyrillus de
recta fide ad
Reg.

Hieron. epi.
ad Lætam.

Ambr. li. de
inst. Virg.
cap. 7.

Orig. homil.
7. in Luc. &
Tom. 9. in

Ioan. Cæsar.
Naz. fr. lib.
3. dialog.

e Lutherus
in lib. cont.
Cochlæum,
& in cap. 3.
ad Gal. Cen.
cen. 2. & 5.
cap. 4. Sy-
nod. V Vit-
tem. anno

1536. Schmid. in refut. lib. 5. D. Hosij, Chytræus, Orpinus,
alii, & Num. 22. g Ita Augustinus ep. 57. ad Dardan

Consilij illius ea non fuit ratio, qua-
si incredula de oraculo, incerta de nun-
cio, dubia de exemplo, fidei confirma-
tionem quæreret, quemadmodum ve-
quiter Calvinus *b* & Brentius *c* in-
terpretantur; sed vt læta pro voto, reli-
giosa pro officio, festinans præ gaudio,
cognatam suam salutarer, gaudiumq;
suum cum illa communicaret.

Quod cum fecit, Mariæ vocem Io-
annes Matris vtero conclusus sentiens,
& redemptorem Christum præsentem
eiusque Matrem cognoscens, quos po-
test gaudij reuerentiæ & venerationis
motus (vt plurimi patres docent *d*) ex-
ultando edit, simulq; in ventre Matris
sanctificatur.

Hic in Ioanne rationis voluntatisq;
usus accelerat⁹ Lutheranis tantum fa-
uet, vt fidei motum paruulis cum ba-
ptizantur inesse cōtra Anabaptistas as-
serant, *e* quantum, quod asina *f* se-
mel locuta fuit, asinina deinceps nos
consilia in deliberationibus expectare
debere. *g*

Vt

voc
cto
sta
ma
res
tris
virt
hor
Do
uar
re,
set,
Do
gran
quo
ther
ad fa
H
poti
Virg
lita,
auto
dam
hym
itid
inu

Ut primum etiam salutantis Mariæ
 vocem audiuit cognata, completa san-
 cto Spiritu prophetiæque dono instru-
 cta, sacra mysteria incoepit eructare,
 magna voce benedictam inter mulie-
 res exclamare, benedictum fructum vē-
 tris illius pronuciare, admirari, cui
 virtuti suæ tantæ aut dignitati tantum
 honoris deberetur, vt illa quæ Mater
 Domini sui esset ad se venire non gra-
 uaretur, beatam tandem illam affirma-
 re, quæ angeli orationi fidem habuif-
 set, quod perficerentur omnia, quæ à
 Domino illi nunciata fuissent. Ex quo
 gratiæ Christi & bonorum operum,
 quorum fructu exciderunt inimici Lu-
 theristę, falso concludunt r fidē solam
 ad salutem sufficere.

Has Elisabethæ vel Spiritus sancti
 potius sibi delatas laudes non agnouit
 Virgo, sed eas sui suæque dignitatis ob-
 lita, in bonorum omnium fontem &
 autorem retulit, ac veluti psaltria quæ-
 dam prophetissa (teste D. Basilio /)
 hymnum Magnificat modulans, alios
 itidem ad Deum laudibus celebrandū
 inuitauit. Quod & Ecclesia instituto

r Brentius
 homil. 7. in
 Luc.
 Sarcerius in
 Euang. Luc.
 atque alij in
 explicat. Eu-
 angel. de fe-
 sto visita

f In Esai
 cap. 8.
 Vide Bullas
 Urbani VI.
 & Bonificij
 IX. parte 2.
 legendæ.

F 4 etiam

57 VITA D. MARIAE

etiam die festo huic visitationi sacro,
cumulate fecit.

In Harm.
Evang.

Hymni illius hæc verba (respexit hu-
militatem ancillæ suæ) Calvinus ⁊ ne-
farie, non ad eius sanctitatem & humi-
litem, sed ad eius contemptionem &
despicientiam refert. Vnde illius sen-
tentia perinde est, atq; si dixisset, igno-
bilem se & contemptam, seu vilis &
abiectæ conditionis ac nullius coram
mundo pretij esse.


Rupert, lib.
1, in Cant,
Euthy, &
Theophy, in
Lucam,

Lib. 1.
cap. 10,


Matth, 1.

Morata fuit cum Elisabetha tres fe-
rè menses, indeque prius, quam pro-
pinquæ suæ tempus partus appeteret,
Ioannemque in lucē ederet, repugnans
licet Centuriatoribus, ⁊ ad
sponsum suum Nazaretham reuerfa
est.

Ille intumescens sponsæ coniu-
gisque suæ vterum animaduertens, de-
que faciendo iam diuortio sollicitè co-
gitans, ab Angelo in somnijs, vt
eam acciperet, grauter
monetur.



CAPVT



CAPVT. VIII.
 DE NATIUITATE
 CHRISTI.

IN T E R E A exijt edictum à
 Cæsare Augusto, vt descri-
 beretur vniuersus orbis.
 Ascendit autem & Ioseph
 à Galilæa de ciuitate Nazareth in ciui-
 tatem David, vt profiteretur cum Ma-
 ria desponsata sibi vxore prægnante, &
 cum illis in diuersorio aliquo locus nõ
 esset, suburbij stabulũ, quod necessitas
 facere compulit, ingrediũtur, ibiq; vir-
 go, vt Cassiodorus secutus Cæsar Ba-
 ron. x annotat. 8. Kal. Ianuar. C. Cor-
 nelio Lentulo & M Valerio Messalino
 Cofs. August. Imp. ab inito triumvira-
 tu. 47. Olymp. 134. anno 2. media no-
 cte, cum medium silentium tenerent
 omnia, y & nox in suo cursu medium
 iter perageret, primogenitum suum
 DEVM & hominem peperit.

In Chronico.
 x In appa-
 ratu annal.
 Eccles.

y Sap. 184

Partus ille admirabilis refellit Va-
 lentinum veterem hæreticum, de quo

G **Ire-**

z Lib. 3.

cap. 4.

2 Hæc. 11.

Irenæus & August. a qui Christum per Virginem, ceu per canalem & fistulam, sine vlla carne ex illa assumpta transiisse impiè, & imperitè asseruit. Sancta Virgo, inquit Damascenus lib. 3. cap. 12. purum hominem non genuit, sed Deum verum, non nudum, sed carne conuestitum: nec ita, vt corpus è cœlo deuexerit, ac peream non secus ac per canalem transferit, sed carnem eiusdem nobiscum essentiæ ex ipsa assumpserit, atque in seipso vt subsisteret, effecerit.

Idem partus refutat quoque Apollinarem, & alios qui putarunt diuinitatem fuisse Christo loco animæ. Impium esse hoc commentum declarant illa verba Lucæ. 2. *Et peperit filium suum primogenitum.* Quomodo Christus filius Mariæ est, si caruit anima? Nam quod generatur ex viuente, filius eius dici non potest, nisi sit eiusdem cū generante speciei, vt rectè argumentatur D. Thomas lib. 4. contra gentes c. 32. vermis enim qui ex animali nascitur, non dicitur filius animalis. At Christus eiusdem speciei ambitu cum D. Virgi-

Virg
ona
cun
feru
Sed
geli
um
ditu
gner
lenc
Io
stult
pori
gene
riè c
cont
15. q
rūt,
Deit
Nec
vt &
men
ret.
natu
nesc
saias
bolu

Virgine minime continebitur, si rationalis animæ sit expers; quæ enim secundum formam differunt, specie differunt, Filius igitur D. Virginis nõ erit. Sed filium esse D. Virginis docet Euangelium; docet igitur illud ipsum Euangelium: Christum anima intellectuali præditum, & omnes qui hoc vel impugnant vel negent, inimicos Christi celandos esse.

Idem partus aliorum etiam errorem stultissimum profligat, qui illam ea corporis parte peperisse negant, qua vera generatio ex muliere fieri aliàs ordinariè consuevit. Natiuitas per eam partem contigit, inquit Damascenus lib. 4. cap. 15. qua foetus in lucem exire consueverunt, tametsi non desint, qui eum per b Dei Genitricis latus fluxisse fabulentur. Neque enim impossibile hoc ipsi erat, ut & per portam transiret, & illius tamen signaculum minimè labefacteret. Etsi verò (ut ait Concil. Ephesinũ) natura post partum Virginem ulterius nesciat, gratia tamẽ, quemadmodum Esaias c significat, Ecclesia canit, Sym-

Vide Barthol. Medina 3. p. q. 28. artic. 2.

b Tom. 6. ex hom. Theodoti Ancyrorum. Episc. de E. Virg.

c Cap. 7.

61 VITA D. MARIÆ

Vide Grego-
rii de Va-
lencia lib. 3.
contra For-
tun. cap. 2.
& lib. 3. E-
xaminis.

d Serm. de
hum. Christi
generatione,
e Leo Pont.
ep. 11. Hie-
ron. contra
Heluid.
Hugo in lib.
de perpetua
virgin. Mar.
Nyss. de Na-
tuit. Christi.
Cyrill Alex.
cont. Antro-
pom. cap. 27.
Origen. in
Matth. tract.
26.
Theophil. in
Matth. c. 23.

ta indicat, sancti Patres, quibus sane si-
vllus in cōtradietoribus nostris vel Dei
timor, vel hominū pudor esset, cedere
& acquiescere deberēt, vno eodemque
sensu manifestè, frequēter, perseueran-
ter, velut quodam sibi consentiente
magistrorum concilio, accipiēdo, te-
nendo, tradendo hoc fidei Catholica
dogma firmantes, pro indubitato pas-
sim habent, illam sic parientem osten-
dit, matremque fecit, vt virginitati e-
ius partus non nocuerit. Et certè vt
cum D. Augustino loquar, fas nō erat,
vt per eius aduentum violaretur inte-
gritas, qui venerat sanare corrupta.

Refert D. Basilius, d alijque patres,
e memoriæ commendatum Zacha-
riam propterea à Iudæis fuisse inter
templum & altare occisum quod ab eo
templi loco qui virginibus ex lege desi-
gnatus erat, cum mysterium virginis de-
eximio partu probè intelligeret, incō-
taminatam purissimamque Matrem
(sic enim Cyrillus loquitur) propheti-
co spiritu ad occultorum cognitionem
deductus, non arcuisset.

Vteri igitur ostio intacto, integris
atque

atq
virg
exp
Ang
fect
I
pau
gine
cog
Virg
7. l
qua
à co
quo
part
rit. l
co h
bus
bro
chir
bar,
cepe
corr
ille
sō,
tota
eius

atque intemeratis claustris, pudicitiae
virginitatis laude salua, doloris omnis
expers, parens parentis, summo DEI,
Angelorum, hominumque gaudio ef-
fecta est.

Et nimium impudentes sunt non
pauci ex Caluini Schola, qui dicunt Vir-
ginem parere esse eam parere, quae non
cognouerit virum, licet aperto claustro
Virginali pariat: Nam scriptura Isaia
7. loquitur de hoc partu Virginis tan-
quam de nouo & insolito & distincto
à conceptione Virginea miraculo. At
quod, obsecro, miraculum erit in ipso
partu, si ruptis claustris D. Virgo pepe-
rit. Deinde Patres vna voce Caluinisti-
co huic commento repugnant; ex qui-
bus suffecerit D. Augustinum & D. Am-
brosiū producere. Sic igitur ille in En-
chir. cap. 34. *De Virgine nasci oportebat, quem fides Matris, non libido conceperat. Quod si vel per nascentem corrumpetur eius integritas, non iam ille de Virgine nasceretur, eumque falsum, quod absit, de Virgine Maria natum tota confiteretur Ecclesia, quae imitans eius matrem, quotidie parit membra*

63 VITA D. MARIAE

eius, & Virgo est. D. vero Ambrosius lib: de Institut: Virginis cap. 7. ita scribit in verba illa Ezechiel. cap. 44. Hæc porta clausa erit, & non aperietur. Quæ est hæc porta, nisi Maria? Ideo clausa, quia Virgo. Porta igitur Maria per quam Christus intrauit in hunc mundum, quando Virginali fusus est partu, & genitalia Virginitatis claustrum non soluit; mansit intemeratum claustrum pudoris, et inuiolata integritatis durauere signacula, cum exiret ex Virgine, cuius altitudinem mundus sustinere non posset. Et cap. 8, ait idem: Bona porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiebatur, transiit per eam Christus, sed non aperuit. Quid clarius in Caluinista sanctissimus hic Pater dicere potuisset.

In lexico,

In traged.
Christus partus,

Valeant etiam fictitiæ Suidæ obstetrices. Hic enim, ait magnus ille Theologus orientis, & S. Hieronymi præceptor, Gregorius Nazianzenus, nullas partes & suam manum obstetrix deprædicauit, partus hic diuinus est. Quæ enim sine dolore aliquo Mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cum à nulla

nulla muliere didicisset; illa per se cum, qui ab ipsa & pro ipsa genitus est, suscipit, pannis inuoluit, & in præsepio reclinauit, vt iam olim S. Athanasius recte scriptum reliquit. Faceat & pariter Erasmi *b* nixus, dolor & sordes. Faceat denique Iouiniani, *c* Martyris, *d* Buceri *e* & Bezæ *f* introducta corruptio. Qui enim à mortuis exurgendo signaculum sepulturæ nõ soluit, quomodo nascendo virginale claustrum violauit? An qui pepercit lapidi, non pepercit Matri?

Accum D. Ambrosius *g* Scripturæ diuinæ conformiter, Christum Matris vuluam aperuisse docet, idem non est, atque sigillum seu claustrum maternæ Virginitatis rupisse, sed phrasi in Hebraico præsertim sermone vsitata, natum primo ex vtero Matris fuisse, adeoque fructum prolis in hanc lucem exisse.

Primogenitus porro filius non ideo dicitur, quasi postea alium vel alios (vt Heluidio, *h* imo & nostra ætate Lucæ Sternbergero, verbis malignis garrire libuit,) sed quia iuxta Scripturæ

a Serm. de Nat. Christi apud Lipo. tom. 3.

b In annotat. super

Luc. cap. 2.

c Apud August. hæc. 82.

Ambros. ep. 80, & 81. &

Hier. lib. 1. & 2. contra

In 3. vnio.

d In ep. ad Rom. cap. 4.

e In 3. vnio- nis Euang.

parte.

f Lib. de omnipresent. carnis.

g Lib. 2. in Luc. cap. 7.

Rom. 8.


h Epiphani. 28, & 78.

Hier. contra Heluidium.

August. de hæres. ad

quod uult de-
um hær. 56.
& 82.
Damascen,
de hær.

phrasin, ante illum neminem pepererit. Nam primogenitus est, ut inquit Damascenus lib. 4. cap. 8. qui primus genitus est, siue vnigenitus, siue ante alios Fratres.



CAPVT. IX.

DE PURIFICATIO-
ne D. Virginis.

Leuit. 12.



QUADRAGINTA dierum spatio post partum exacto, Mater & Virgo, iuxta Mosaicum ritum, Iosepho Viro comitata, ut lustraretur, puerumque vnigenitum & primogenitum Domino sanctum vocatum iisteret, & pro eo, ad Dei laudem peccatiq; expiatione; hostias, non que diuitu, sed que pauperu erant, par scilicet turturu aut duos pullos columbarum offerret, puerumque quinque siclis de manu sacerdotis redimeret, redemptumque sibi pleno iure vendicaret, in templum Hierosolymitanum,

Vide D.
Thom. 3. p.
9. 37. 2. 3.

num, Simeone & Anna lætantibus, ingreditur.

Lustrari vero non ideo voluit, quasi cæterarum puerperarum instar sordidata, ritu ceremoniaque illa purificationis indigeret, quemadmodum falso Ariani, referente Cyrillo Alexandrino *a* voluerunt; sed vt legem vna cum filio suo, qui peccatoris imaginem præ se tulit, seruaret, calumniæ occasionem Iudæis adimeret, humilitatis ac obedientiæ exemplum præberet, multa que recte fieri vel exemplo hoc suo palam doceret, non iubente lege, vt Augustini verbis vtamur, *b* sed libera charitate. Quin immo ea in officijs nostris gratiora esse, quæ quum liceret nõ impendere, volentes non differimus. In hypocrisi ergo loquuntur mædaciū, qui omnem voluntarium cultum hoc ipso vitiosum esse, aut displicere Deo fingunt, quod lege præscriptus non sit; faciunt autem id Nouatores nostri.

Colit autem hanc D. Virginis purificationem Ecclesia festi quotannis diei solennitate, quam sub Iustiniano Imper. Constantinopoli celebrari cœ-

G s ptam

a Lib. ad
religios. Re-
gim,

b Lib. de
adulterinis
coniugijs.
cap. 14.

ptam esse, docet Baronius Notat: ad Martyrol: Romanum, adductis Græcis & Latinis auctoribus. Nec est quod quenquam moueat D. Gregorij Nazianzeni oratio, ad sancta Lumina, hæc enim die Epiphaniæ, quo etiam Græci celebrare consueuerunt Christi Baptistum, habita est, vt docet idem auctor, cū de Epiphania agit. Neque quisquā vel Latinorum vel Græcorum Patrum, qui ante Iustinianum vixerunt, ait Baronius, sermonem in festo die occursum Domini scriptum reliquit, nisi quis accipiat Patrum Commentarios in secundum caput Lucæ, quo rei gestæ Historia enarratur, quæ vel ab illis explicata est in suis ipsorū Commentarijs, vel certe de ea ad populum verba fecerunt; vt apud Latinos sanctus Augustinus fecisse videtur, qui in sermone quodam habito in die Natalis Domini, multa de Simeone Domino occurrente recenset, quem laudabiliter Dei Ecclesia huic aptauit solennitati; eiusmodi generis fere sunt Homiliæ Patrum, quæ referuntur à Surio & Lipomanno. Sed aliud proxus est Christi Domini facta

facta laudibus prædicare, aliud eorum
caussa festos dies indicere & celebrare.
Hæc Baronius.

Cæterum nihil magis offendit Hæ-
reticos, quã cerei, quos populus Chri-
stianus magno numero hoc die accen-
sos ferre solet. Sed nil mirum. Qui ma-
le agit, odit lucem. Noctux istę & ve-
spertiliones, Nocte Ereboque sati, non
a Patre luminum profecti, affines sibi
tenebras diligunt, vt iam nunc perspi-
cue indicent, se aliquando in tenebras
exteriores amandatum iri. Quorum
item Deus venter est, qui gestarent ce-
reos opus Virgineæ & innubæ apis, &
symbolum castitatis? Chamum & Fre-
num dato his, qui sunt sicut equus &
mulus, quibus non est intellectus. Hęc
vera & legitima horum insignia. Ode-
rat etiam olim cereos Vigilantius, ho-
rum auus, easdem ob causas, quia cali-
go mera, & totus caro & sanguis e-
rat; indoctus & hostis omnis pudici-
tiæ. Nec ouum ouo, nec lac lacti tam
simile est quam isti illius. Quod si
qua antiquitatis reuerentia moueren-
tur aduersarij, viderent vtique morem
feren-

ferendorum luminum, & accendendorum cereorum in templis, siue hoc purificationis, siue alio quocūq; die neq; nouum, neq; impium & superstitiosū, neque mysterij vacuum esse.

Non nouum, quia ab antiquissimis, non impium, quia à sanctissimis, non mysterij vacuum, quia à doctissimis rerumque cœlestium scientissimis Patribus testimonium habet; quos oportet, vt populi Christiani Hæreticorum profanis nouitatibus antepo-
nant, eisque potius eligant adhærere, quã his tam nouis, tam improbis, tam indoctis. Certe olim non tantum in celebritate purificationis, sed & in ceteris D. Virginis festiuitatibus christianos cereos gestare fuisse solitos, testatur Beda lib. de temp. ratione cap. 10. *Lustrandi consuetudinem, inquit, bene mutauit christiana Religio, cum in mense eodem (in Februario) die sanctæ Mariæ plebs uniuersa cum sacerdotibus ac ministris hymnis modulatae voci per Ecclesias perq; congrua urbis loca procedit, datosq; à pontifice cunctis cereos in manibus gestat ardentis.* Et

aw-

*augescere bona cōsuetudine, id ipsum
in ceteris quoque eiusdem Beatae Ma-
tris & perpetuae Virginis festiuitati-
bus agere didicit.*

Ecce quantum distent à Beda Euan-
gelici, qui cum ipsissimi sint Luperci,
nescio tamen quæ Lupercalia nobis ex-
probent, quando purificationis diem
cereis accensis læti agimus. Verum
enimvero nos, lucifugis istis, qui in te-
nebris & in vmbra mortis sedent, valere
iussis, cereos libenter ferimus, vt nos fi-
lios lucis, & ab eo, qui lumen est ad re-
uelationem gentium, illuminatos esse
palam profiteamur.

CAPVT X.

DE ACTIS D. VIR-
ginis vsq; ad mortem.

NON longo post purificatio-
nem tempore Herode ad Matth. 2,
necem Christum infantem
quærente, migravit in Æ-
gyptum cum Iosepho & filio Diua Vir-
go, ibique vsque ad obitum Herodis,
Angeli

VI VITA D. MARIE

Angeli admonitu, substitit. Scribunt veteres Athanas. lib. de Incarnat. Origen. Hom. 3. diuers. Eusebius lib. 6. de demonst. cap. 20. & alij, tanti hospitis ingressu simulacra Ægypti non tantum cōtremuisse, sed & corruisse, & huc applicant illud Isaiaë vaticinium cap. 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptū, & commouebuntur simulacra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius. putat tamen Baronius hæc veterum dicta non ita esse accipienda, quasi cuncta, quæ tunc erant in Ægypto, simulacra corruerint, sed quod aliqua, in signum, tempus aliquando afforet, quo omnia funditus euertantur. Redijt autem ex Ægypto D. Virgo, anno ætatis filij sui iam nono ineunte, prout modo nominatus auctor docet; Christusque septima die Ianuarij in palestina redictus, ac in Galilæam perductus, Nazareth habitauit. Memorabilis fuit antiquitus in Ecclesia ea dies, quæ cum in Martyrologio Romano, tum in cæteris anniuersaria commemoratione recolitur.

Deipara-

Tomo 1,
anno Christi.

Deipara porro ex ciuitate Nazarena
 in singulos annos ad ferias Paschatis Lucæ 2:
 obeundas vnà cum Iosepho profecta
 fuit. An ergò ad loca sancta pie ac re-
 ligiose peregrinationes institutas inso-
 lentissimæ infaniæ homines hæretici
 contemnere audent? an adorare, vbi
 steterunt pedes Domini partem impie-
 tatis esse, scelerata vox concrepare non
 formidat? An receptum Ecclesiæ mo-
 rem, siue in celebrandis ferijs, siue in
 publicis bonorum cœtibus cohone-
 standis, idololatriæ superstitionisue
 condemnare?

Cumque eo, pro more, Iesum, tum,
 cum aÑos duodecim natus esset, parē-
 tes duxissent, paschalesque ferias solen-
 ni Iudeorū ritu peregissent, domū ipsi
 sine illo (eum enim in comitatu tribu-
 lum esse putabant) redierunt, atque
 adeo Christum amiserunt.

Propter eam amissionem, Centuri-
 atores a Mariomastiges, Euzæ Virginē Cent. 1,
 & Matrem comparant, quæ salutem lib. 1. in Eu-
 hominum initio peruertit & amisit. ang. Domini
 Quamquam eam aliquanto minus, quā 1. post Epi-
 Euam peccauisse affirmant, phan.

Luce-

b Dom. 1.
post Natiuit.
c In Luc.
hom. 19.
cap. 2.

d Lib. 7. in
Esa.

e Conc. in
Domin. 1.
post Epiph.
f Dom. 1.
post Epiph.
g Hom. 19
in Luc.
h In eandem
Dom.
i Supra E.
uang. eiusdē
Dom.

Lutherus *b* vero & Brentius *c* sic hanc amissionem accipiunt, vt D. Virginem non vulgaris negligentia, sed damnanda potius cuiusdā incuria accusent; sic enim ait Lutherus. Et quis inter homines fuit maior peccator quā hic est Mater Dei? At quanto rectius quispiam hic dixerit? Si nemo est, vt vere ac sapienter sanctus Hieronymus olim scripserat, *d* quem Hereticus impietate non vincat, quantum ergo scelus fuit infamis hæresiarcha Lutherus, cum complicibus blasphemis, in tabernaculum sanctum Dei, qui in celo habitat?

Dolor Matris, quo filium quærebat, moderatus rationique conformis fuit, & minime eiusmodi, quo vel suam in hac parte negligentiam deploraret, vt fabulatur Philippus; *e* vel fidem amitteret, vt Coruinus, *f* ore scelerato e uomuit; vel desperaret, vt Brentius *g* calumniatur; vel gratia diuina orbaretur, vt fingit Lutherus; *h* vel pœnam inferni mereretur, vt blasphematur Spägenbergius. *i*

Verba porro illa, quibus Mater inuentum

uentum in templo filium, post finem
 disputationis, soluto cętu, remotisque
 arbitris compellauit: Fili quid fecisti
 nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes
 quærebamus te, & Nouatores, homines
 scilicet corrupti mente, reprobis
 circa fidem, vt Apostolus de Hæreticis
 loquitur, falso ad obiurgationis grauis
 & commoti animi vitium, Orthodoxi
 vero enutriti verbis fidei & bonæ do-
 ctrinæ, quā Domino dante intellectū,
 assecuti sunt, ad interrogationem blan-
 dam, ex mœstitia admirationeq; pro-
 fectam, vere referunt.

Cum filius, nihil fuisse, cur se quæ-
 rerent, modestissime respondit, quod
 scire eos oportuisset, ipsi ea curanda &
 gerenda esse quæ Patris voluntatē con-
 cernerēt, Sectarij duram grauemq; re-
 prehensionē fuisse censent, *m* multū-
 que adeo ea re Matris dignitati detra-
 ctum inepte clamitant; non enim cum
 illa exposulauit, sed in illa alios paren-
 tes docuit, qui piam filiorum instituti-
 onem negligunt.

Indigne etiam à Luthero illa, vna Dom. 1,
 eum Iosepho, culpatur, velut reprehē-
 sibili,

& Bullin-
 gerus & Pel-
 licanus in 2.
 Luc. Brent.
 hom. 20. in
 eundē, Cen-
 tu. cent. 1.
 lib. 1.
 Maior &
 Spangenberg
 in Dominica
 1 post Epiph.
 2. Timoth.
 3.
 1 In hunc
 locum.

m Supra
 cit.

Dom. 1,
 post Epiph.
 phan.

sibili, rudi, turpique ignorantia & errore laborans, ex ijs verbis: *Et ipsi non intellexerunt Verbum, quod locutus est ad eos*; intellexerunt enim quanquam non perfecte omnino, vel si perfecte, pro ignorantibus certe se gesserunt, agnitumque mysterium sapienter celarunt.

Luce 2.

Sicut autem illud ad Christi commendationem facit, quod Nazaraeam rediens, Matris sicut & Iosephi imperio paruit; ita & illud ad condemnationem Sectariorum pertinet, quod neque Virginem Mariam agnoscunt, neque in illa Ecclesiae Matri obtemperant, quo ipso neque Patrem habent, ut D. Augustinus ait, *n* infernū autem paratum.

n Tom. 9.
de Symbolo
lib. 4. cap.
10.

Porro memoriae monumentisque proditum non est, quid ipsa ab hoc usque ad 30. filij annum egerit, existimare tamen pie possumus, & vero debemus, eam illi eximia sanctissimaque Matris officia praestitisse, quae talis filij Matrem tantamque erga illum charitatem decebant.

Iean. 2.

In nuptijs Canae Galileae, quibus vna cum

cum Iesu interfuit, magna sane B. Virg. erga filium reuerentia & fides, eximia prudentia, ac perfecta erga inopes charitas perspicue elucet. Quamuis enim nondum Christus miracula edidisset, omnia tamen, Cyrillo iudice, cum filium posse crederet, defectum tantum vini nunciasse contenta, vinum, inquit, non habent.

Lib. 2. in
Ioan. cap.
22.

Frustra proinde Oecolampadij o & Brentij p agrestis vlulatus orthodoxorum aures circumsonat; cum docent muliebrem & nescio quem carnis affectum illam ad hæc verba; vinum non habent, Et quodcunque dixerit vobis facite; dicenda impulsisse: vt ea ratione æqui omnis & decori oblita se se per filij miraculum ostentare, & hominum vanam gloriam aucupari studeret. Nec vero fidem vllam tetrici illi censores merentur, qui pari impietate addunt, pœnam illi peccato eam Christum definiuisse, vt non pluris illã, vtpote prerogatiuis omnibus a se spoliatam, quã vel mulierẽ peccatricem, vel Syrophœnissam postea facere vellet.

o In 2. Ioan.
an.
p Homil.
21. in euad.

Philip. Melanch. in annotatione ad 2o Ioan.

Et quando eos, qui impudentiæ fi-

H 2 neo

nes semel transierunt, gnauiter impudentes esse, & mensuram iniquitatum implere oportet, scelus scelere maiore cumulantes affirmare pergunt, B. Virg. illo Christi responso: Quid mihi & tibi est mulier? fuisse contemptam, pudefactam, publiceque abiectam. Nihil ergo sapientiores sunt, Christiano nomine dealbati Neoterici nostri, paganis illis, quos similiter delirasse, his verbis Christi abufos, Iustinus q & Cyrillus r prodiderunt.

q Iustin.
Mart. lib.
quæst. gent.
respon. 136.
r Cyrillus
lib. 2. cap.

^{23.}
f Tract. 8.
in Ioan.

t Homil. 1.
in festo Epi-
phan.

Serm. 2. in
Domi. 1. post
octa, Epiph.

Verum, certi Sacramenti gratia, / Aug. teste, illa sunt dicta verba, irascen- / tisq; offensam non prætendunt, vt Ma- / ximus r ait, sed miserantis portant my- / sterium; Se enim Christus non illius / solum, sed Dei filium esse demonstrat, / & circumstantes potius, vt Bernardus / sentit, ac eos qui audituri erant, quam / Matrem docet (neque enim in diuini- / tatis operibus filium sibi illa esse sub- / iectum existimauit, neque iure mater- / no aut humano quicquam petijt, neq; / denique modum aut tempus in subsi- / dio ferendo præscripsit) se, inquam, do- / cet non iure carnis aut sanguinis per- / motum,

motum, ad redemptionis opera descē-
dere, adeoque prudenter cauet, ne quis
forte miracula ob humanos officij aut
obsequij, amicitiae aut consanguinita-
tis vllius respectus facta aut facienda
esse arbitraretur.

Inciuitatis deinde, ambitionis &
importunitatis Brentius v & Calvin⁹,
x immerito eam etiam accusant, quod
cognatos secum adducens, filium Iude-
os docentem voluit accedere, compel-
lareque. Doctrinę siquidem illa cursū
abrumperet non tentauit, sed cupere se
duntaxat, quando ei placeret, finem-
que dicendi fecisset, illum alloqui, per
alios indicauit.

v Hom. 78.
in Luc. cap.
8.
x In harm.
Euang. in
cap. 12.
Matth.

Neque his quoque verbis: Quæ est
Mater mea? à filio qui legem (illam e-
tiam procul dubio de honorandis parē-
tibus) non venit soluere sed adimplere,
negligitur, pudefit, reijcitur, abnega-
tur, vt præter cæteros Melanchton y
temere comminiscitur; sed maioribus
duntaxat officijs, minora pro loco &
tempore concedere oportere recte do-
cuit.

Matth. 5.

y In ca. 12,
Matth.

Mulieris porro Euangelicam vocem

H; in

Lucæ 11.

2 In harm.
Euang.

in turba sublatam, qua beatū illa ventrem, qui Christum portasset. beataque vbera, quæ ipse suxisset, professa est, nō correxit filius, vt Calvin. somniauit, & sed approbavit, & beatos præterea illos, qui verbum Dei audirent & seruarent, gauius pronunciauit.

Neque vero venter eius solum & vbera beata fuerunt, sed & manus & brachia, quibus ad tantæ prolis partum & educationem sanctissime vsa est, imo & ipsam totam (freudent licet hæretici) beatam fuisse merito affirmare possumus, cui ex illa cum filio familiaritate & coniunctione mirificus quidam sensus sanctissimi gaudij, maximæ dulcedinis, incredibilis virtutis, sapientissimæ cognitionis & præsentissimæ voluptatis accessit.

2 Hom. 17.
in Luc.

Dolor illius de morte filij sui non fuit vel infidelitatis, vel scandali, vel ei persimilis, quem damnati in inferno patiuntur, vt damnatæ memoriæ Brentius *a* affirmat; sed naturæ testis, sed amoris index, sed rationi conformis.

Ioan. 19.

Neque rursus eam sic ille affectit, vt iuxta crucem collapsam, syncopi stupefactam,

factam, & propemodum exanimatam in terram affligeret, aut certe in ea id efficeret, quod cum sancta modestia debitaque grauitate illius pugnaret.

Eam in cruce filius consolatur, Ioanniq; virgini virginem augustissimam & matrem commendat atq; committit; imo vero Ioannem filium pro se ei relinquit, quam ille vt matrem coleret atque seruaret.

Non adijt, secundum D. Bernardū *b* vt alix mulieres, ad sepulchrum Domini, quia frustra putabat eum inungi, quem resurrecturum sciebat.

Christus resurgens primum Matri suæ apparuit, gloriæque & consciam & sociam illam reddidit. Id autem etsi Euangelistę non retulerint, quod ad cōfirmandam filij resurrectionem inefficax esset Matris testimonium, vetus tamen ac noua Patrum. *c* traditio, per manus maiorum ac per subsequētia secula ad posteros delapsa, cui libet facile fidem facit.

Euodius D. Petri successor in Episcopatu Antiocheno in Epistola, quæ inscribitur τὸ φῶς, à Christo ex mu-

H + lieri-

b Cap. 2.
in tract. de
passione
Domini.

c Ambros.
in Luc. lib.
10. cap. 24.
Anselmus 11.
de excellen.
virg. cap. 6.
Sedulius de
abiectione
Synagogæ
lib. 5. carm.
Rupertus 7.
de diuin. of-
fic. cap. 25.

SI VITA D. MARIÆ

lieribus solam Matrem suam Baptismo tinctam fuisse grauer pronūciat, idq; vt & auctiorem gratiam perciperet, & caractere insigniretur.

In cœlum, ex monte Oliueti ascendētem cum Apostolis spectauit, & gaudio adorationeq; profecuta est; à Christi vero in cœlum ascensu, Hierosolyman redijt, ibidemq; promissum Spiritum sanctum 10. dies in precibus cōsumptos expectauit, & in linguæ quoq; igneæ specie accepit.

Post festum diem Pētecostes, ad sanctam Sion in ædibus Ioannis, mortuo Iosepho, habitare cœpit, vitāq;, vt & antea, ab omni labe remotam egit. Nunquam enim vel minimum peccatum actuale commisit, vt etiam Patres Concil. Trident. Sess. 6. Can. 23. docent & D. Augustinus quoque, cum de peccatis agitur, nullam prorsus quæstionem haberi voluit de D. Virgine propter honorem Domini.

d In 1. Luc. *d* Impiæ ergo hæ Caluini sunt voces:
e In explic. *d* magno opere laborandum non est,
12. Matth. vt Mariam purgemus ab omni vitio,
Impius Lossius, *e* cum in ea peccati
reli-

reliquias māfisse garrit. Scelerat⁹ Bren-
tius, *f* cum à Maria humani nihil ali-
enum fuisse blaterat. Sectariorum Ma-
gister Lutherus, *g* insigniter blasphe-
mus, in impias has voces prorupit; Tam-
nos fumus sancti atq; Maria, & alij Di-
ui, quātumuis magni, si modo in Chri-
stum credamus.

Neque vero solum non aliquando
peccauit, sed ne primum quidem vo-
luntatis motū ad malum, vel appetitū
minus ordinatum habuit. Legem men-
tis, ait Cyprianus, lex carnis non infe-
stabat, rebellio nulla quietem spiritus
affligebat.

Virginitatem post partum, quicquid
contra vetustissimos sanctissimosque
patres Heluidius, Auxentij discipulus,
& Lucas Sternberger somnient, perpe-
tuo conseruauit. Recte ad id confirmā-
dum D. Aug. cæterique patres, ei acco-
modarunt illud Ezech. porta hæc clau-
sa erit, & non aperietur, & vir non tran-
siet per eam, quoniam Dominus Deus
Israël ingressus est per eam, eritq; clau-
sa. D. Anselmus eam etiam illi puritatē
rectè tribuit, qua maior sub cælo in-
telligi

f In 2. cap.
Ioan.
g In serm. de
natal. B.
Mariæ, & in
comment. 1.
ep. Petri.

Vide Canis.
lib. 2. c. 10.

telliginequeat. D. Ambros. sententia
 grauissima non solum virginitatem il-
 la in se seruauit, sed & his quos inuise-
 ret, integritatis insigne contulit. Recte
 ergo velut vitis fructificasse suauitatem
 odoris, & quasi Cedrus in Libano exal-
 tata dicitur, ad cuius aspectum malæ
 cogitationes aliorum euanescebant
 non secus ac virtutem Cedri & floris
 vinearum serpentes, vt primum odore
 perceperunt, fugere phisici memo-
 rant.

Mulieris nomen, quo virginitatis
 eius osiores in patrociniū sui erroris
 vtuntur, pro sexu fœmineo generatim,
 more locutionis Hebræorum ponitur,
 siue Virgo illa, siue viro cognita fuerit.
 Quid quod virginitas primum hoc no-
 men accepit? Nam cum tulisset Deus
 costam de Adam, ædificauit, ait Moys.
 eam in mulierem. Vtique adhuc virum
 non cognouerat, & mulier vocabatur.

h In cap.
 4. ad Gala-
 225.

Insanit ergo Lutherus, *h* cum D.
 Paulum asserit, per contumeliam D.
 Virginem, mulierem appellare; nomen
 enim hoc sexus est, non contumeliæ,
 non corruptelæ.

Qui

Qui porro fratres i Domini in scri- i Matth.
pturis dicuntur, non ij ex eodem Patre 12.
& Matre erant geniti, neque natura, sed Mar. 3.
tum amicitia & societate, cum adopti- Lucae 8.
onis ac gentis priuilegio, & cognatione Psalm. 21.
atq; consanguinitate denique, Christi Galat. 1,
fratres sunt appellati.

Non etiam primus inter fratres ge-
nitus duntaxat, sed primus solusq; ge-
nitus etiam, primogenitus appellatur, k Matth. 1.
k vt patet ex Apostolo l ad Heb. vbi Ad Hebr.
Christum primogenitum patris ap- 1,
pellat.

Neque cum Scriptura sacra dicit: Matth. 1.
antequam conuenirent, &c. Et: non
cognoscebat eam, donec peperit filium
suum primogenitum, postea conuenis-
se cognitamque à Iosepho illam fuisse,
intelligendum est, vt inepte Heluidius
collegit. Donec enim, vsque, antequã,
generisq; eiusdem aduerbia alia, etsi
tempus aliquando determinatum si-
gnificant, quo transacto aliquid fiat;
sæpe tamen quoque in S. literis pro
nunquam, siue pro in perpetuum acci-
pi passim solent.

Præclare Damascenus lib. 4. cap. 15.

Manet, inquit, Maria & post partum Virgo & semper Virgo: Nullo enim modo usque ad mortem viri admisit contactum: etsi scriptum est; & non cognovit eam donec peperit filiū suum primogenitum. Sciendum autem est, quod primogenitus est, qui primus genitus est, etiam si unigenitus fuerit. Illud enim, PRIMVM, significat quidem natum esse, sed non significat necessario aliorum quoque generationem. Illud autem, DONEC, determinati temporis praefinitionem significat; non autem indicat quod postea. Dicit enim Dominus: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi, non quod post consummationem saeculi separandus sit. Nam Apostolus ait: & sic semper cum Christo erimus, post communem resurrectionem intelligens. Quomodo enim quae genuit Deum & ex consequentium experientia miraculum agnovit, viri consortium agnovit. Absit hoc. Non modestae cogitationis est talia cogitare, nedum agere. Hæc Damascenus.

Simili notione vsurpatur vocabulū,
DONEC,


DONEC, Gen 8. dimisit enim Noë ex
 arca coruum; qui egrediebatur, et nō
 reuerrebat, donec sicarentur aquæ
 super terram, ait scriptura. An siccatis
 aquis ad arcam reuolauit? Similiter
 illud: *Antequam conuenirent*; Non si-
 gnificat postea conuenisse. Nam cum
 alibi dicit: *Antequam clament, exau-*
diam eos; num recte inferes postea cla-
 maste, cum iam essent exauditi? pu-
 gnat hæc interpretatio cum communi
 etiam & recepto vsu loquendi: Nam
 cum diuitem aliquem dicimus paupe-
 ri eleemosynam impertisse antequam
 peteret, nemo recte concludet petisse
 illum, posteaquam eleemosynam acce-
 perit.

Ad Virginitatis laudem cæteras vir-
 tutes sic adiunxit, vt cum multæ filiæ si-
 bi diuitias congregarint, ipsa sit super-
 gressa vniuersas. Magnum reuera, ait
 Chrysostomus *m* mundi miraculum
 illa est, sacratissimumq; spectaculum.
 Dionysius Areopagita, *n* Dionysio
 Carthus: & Vberto *o* testibus, cum
 ad Mariam venisset, atq; tam formam
 corporis formosissimã quam morum

Prouerb.
 vlt.
 m Homil.
 in Hypop.
 Domini,

n In eluci-
 datione 3.c.
 Dion. Areo-
 pag. de diui-
 nis nominib.
 o Lib. de
 vita Salua-
 toris,

sanctitatem, & ferme diuinū in ea fulgorem spectasset, hoc dixisse fertur: Nisi mihi de filio tuo esset reuelatum, facile crederem alium præter te non esse Deum.



CAPVT XI.

DE MORTE D.
Virginis.

p Dionys.
lib. de diuin.
nom. cap. 4.
Serm. de ob-
dorm. virg.
Damasce-
Andr. Cre-
tens. Epiph.
Metaph. die
15.
August. &
serm. de ob-
dorm. B.
Virgin.
Niceph. lib.
15. cap. 4.
Glycas p. 3.
annal. Mich.
& Max. in
Dionys.
q Dan. 14.
r Act. 8.



T mors eius honoratior esset, diuino spiritu afflatis Apostoli, & primarij recentis Ecclesie viri spectabili corona (Diuo Dionysio, p Damasceno, Andrea Cretensi, Epiphanio, Metaphraсте, Nicephoro, Glyca, Michaële Syngelo, Maximo Abbate, alijsq; pluribus, tam Græcis quam Latinis, attestantibus) non adfuerunt solum; siue hierarchæ illi eodem momento è diuersis orbis regionibus Hierosolymam per aëra in sublime delati, haud aliter ac Habacuc propheta, q & Philippus Diaconus, r Angelorum ministerio,

vt quibusdam visum est; siue sponte diuino quodam impulsu exciti, & aliam quasi ob causam ad Virginem peruenerint, neque enim scire interest; sed & illam luctu simul & gaudio prosecuti fuere.

Etsi autem de tempore obitus non vna sit omnium constansque sententia, & alij *f* quidem ætatem Mariæ annis 49. definiant, eamque post ascensionē filij annum duntaxat vnum, & nescio quot menses in humanis fuisse opinentur; alij vero *r* eam quatuordecim natam annos peperisse Dominum redemptorem arbitrati, post passionem Christi nouem annis vixisse, eamque suæ ætatis quinquagesimo septimo decessisse tradant; alij *v* porro totum vitæ illius tempus 58. alij rursus *x* 59. annis circumscribant; alij *y* 62. alij 63. *z* numerent, ac denique 82. *a* nobis tamen non immerito amplectenda videtur eorum opinio, quam post Epiphā. *b* & Cedrenum *c* ac alios, Canisius *d* atque Baronius *e* defendunt, qui Be-

f Vide Anton. p. 3. hist. tit. 19. c. 12. Belet. cap. 147 & Massæum lib. 3. & S. Chron. t Hyppolitus Thebanus apud Epiph. ser. de Deip. *v* Apud Cedre. in compend. *x* Euod. apud Niceph. lib. 2. cap. 3. *z* 3 & 21. *y* Vincent. in spec. hist. & Eulab. in Chron. *z* Niceph. 1. 2. hist. c. atam 21. & 22.

a Ansel. *b* Epiph. serm. de Deip. *c* Cedre. in compend. in Tib. *d* Operis Marianili, 5. c. 1. *e* Annal. Eccl. 1. 3520

89 VITA D. MARIAE

atam Matrem annum septuagesimum
attigisse vel etiam excessisse arbitratur,

p Apud
Isidor. de vi-
ta & obitu
Sanct. cap.
68.
Ambros. &
Bed. in 2.
Luc.

Mortua est autem non quidem mar-
tyrio functa, vt quidam Simeonis p
oraculo male intellecto inducti, asse-
ruisse reperiuntur, neq; ex morbo pro-
prie corporis, sed vi amoris, ardentissi-
miq; desiderij vehementia, ad Dei di-
uinæque essentiae claram visionem &
cognitionem, in pulchritudine pacis &
reque opulenta per omnes seculorum
æternitates obrinendam retinendam-
que, idque Hierosolymis, vt formosa
filia Hierusalem à terrestri ad cœlestē
Hierusalem recta proficisceretur.

Centur. 1.
lib. 1, cap.
10,

Corpus, quod Deum suscepit, cum
Angelica & Apostolica hymnodia, ce-
reis ardentibus, floribusque sparsis, ex
Sion elatum, exequijs ei factis (quid-
quid Centuriatores obganniant) Geth-
semane in valle Iosaphat, vt hac eti-
am ratione filio Mater conformaretur,
in loculo depositum conditumque
fuit.

Quoniam vero moris est hominum
sanctitate & miraculis illustriū, cum ex
hac vita discesserint, mores & indolē, sta-
turam

turam & totius corporis constitutionē describere, & quoad fieri potest ad viuum representare, ideo non est hic præmittenda descriptio & delineatio D. Virginis, quam Nicephorus lib 2. cap. 23. ex Epiphanio adfert, vt sodales Parthenij hoc tam præclarū viuendi agendiq̄ exemplar indefinenter intuentes, omnes actiones suas ad illud exigant & componant. Sic igitur ille: *Mores formæq̄ & staturæ D. Virginis modus talis, Vt inquit Epiphanius, fuit. Erat in rebus omnibus honesta, & grauis, pauca admodum, eaque necessaria loquens ad audiendum facilis, & perquam affabilis, honorem suum & venerationem omnibus exhibens. Statura mediocri; quamuis sint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicāt ἀπαρρησίασος, id est, non audax & libera erga quenquam, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maxime: colore fuit triticū referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas, tanquam oleæ colores, pupillas in eis habens: supercilia erant ei inflexa, & decenter nigra; nasus lon-*

I 5 gior,

gior, labia florida, & verborum suauitate plena, facies non rotunda & acuta, sed aliquanto longior, manus simul & digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, minimeque vultum fingens, nihil mollitiei secum trahens, sed humanitatē præcellentem colens: Vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris natiui contenta fuit: id quoad etiam nū sanctum capitis eius velamen ostendit, & ut paucū dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia.



CAPVT. XII.

DE D. VIRGINIS
Assumptione.

POST mortem anima Dei-
paræ diu exoptatam liberta-
tem in cœlis, quam terre-
stris dom^o inhabitatio præ-
pediuerat, Christo filio, sanctorum An-
gelorum grege, innumerabili cœlitum
exercitu læro, festumque diem agente,
consecuta est. Carne

Carne deinde vestitam illam iterum fuisse, beata immortalitate indutam, in cœlum euectam, super omnem creaturam (riserit licet aliquando in interitum suum Lutherus, & ac nescio qui Sexti & Pyrrhones etiamnum perperâ ambigere malint) exaltatam, in thronum regium deductam, in aula regis æterni corona ornatam, à dextris filij Dei in vestitu deaurato, circumdata varietate, assistentem & triumphantem, merito gaudent Angeli, lætantur Archangeli, constanter credit, & festo die, iam ex antiquo, quotannis Ecclesia, repugnantibus etiam sectarijs, propensissimis animis atque obsequijs colit & veneratur, lætisque vocibus diuinæ Matri accinit: Exaltata est sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad cœlestia regna.


Nominat autem festum hoc Ecclesia Romana non Natalitiū, non Dormitionem, non Migrationem, sed Assumptionem D. Virginis, significare volens, non solius animæ ad Deum transitionem, sed & corporis simul subnectionem. Sicut enim cum Christi anima

a In postil.
circa Euang.
de festo Na-
tiu. Mariæ
& in festo
Assumpt.

nima, vera cum carne sua cœlos propria non aliena virtute conscendit, Ascensionem vocat; ita Dei genitricis migrationem, quod non suapte virtute, sed filij gratia à mortuis resurrexerit, & in cœlum euecta fuerit, proprietate loquendi maluit assumptionem appellare. Et quamuis Græci Patres conciones suas, quæ exstant apud Surium & Lipomanum, de dormitione D. Virginis inscripserint, non negant tamen illam anima & corpore in cœlum esse translaram: quod cum ex alijs, tum ex vtraque oratione Damasceni de hoc argumento clare colligitur: In prima enim sub finem hæc habet verba Damascen^o. *Non enim anima tua in infernum descendit, nec caro tua corruptionem vidit. Nec corpus illud tuum immaculatum ac labi omnis expers in terra relictum est: verum in cœlo ac regis sedibus, tu Regina, Hera, Domina, ac vere Mater & Genitrix, deposita es.* Et de sepulchro D. Virginis ita scribit: *Hoc est monumentum illud augustum & adorandum, quod etiamnum Angeli, non sine magna quadam reuerentia*

tia & metu astantes, complectuntur,
 Dæmones pertimescunt, homines per fi-
 dem accurrunt, honorantes, oculis &
 labris atque animi cupiditate exosculā-
 tes, vberriamque bonorum copiam
 haurientes. Quemadmodum enim si
 quis ingentis pretij unguentum vesti-
 bus aut loco alicui imponat, ac rursus e-
 ximat, suauitatis reliquæ abstracto e-
 tiam unguento restant; eodem modo
 nunc quoque diuinum tuum & sanctū
 ac maculæ prorsus omnis expers, diui-
 nag, fragrantia refertum corpus, fons
 inquam ille gratiæ perennis, in sepul-
 cro collocatū, ac deinde rursus ad præ-
 stantiores & sublimiores regionem
 abreptum, haudquaquam ita sepulcrū
 reliquit, ut honoris expers esset; sed di-
 uinam fragrantiam & gratiam ipsi
 impertit; & sanationum ac bonorum
 omnium fontem ihs, qui cum fide ad
 monumentum accedunt, reliquit.

Sic vero virgo Deipara in cœlum a-
 nima & corpore assumpta est, adeoque
 à terris re ipsa abest, ut cultu nihilomi-
 nus verissimo, eiusque fructu vberri-
 mōque, nobiscum omnino præ-
 sentem illam habeamus. CA-



CAPVT. XIII.

DE CVLTV D. VIR-
ginis & primùm de ho-
nore.

CVLTVS hic decem generatim officijs continetur, honore, salutatione, inuocatione, festis statisque diebus, templorum extructione, sacrificiorum oblatione, promissionibus, imaginibus, peregrinationibus & piorum cœtibz seu sodalitijs.

Honor illius internus in actu eo reuerentiæ voluntatis nostræ consistit, quo ex sua natura, cum debita submissione, subiectionisque recognitione, de Mariæ dignitate & excellentia, conuenienter & accomodatè opinionem existimationemque gignimus.

Conueniens erit & accomodata illa existimatio, vti & debita submissionis subiectionisque recognitio, si maiori perfectiori que eam dignitate & excellentia

lencia præditâ esse significemus, quam quæuis alia ornata sit, & minori imperfectiorique, quam in diuinam maiestatem conuenire possit, & vero debeat.

Externus D. Virginis honor eiusmodi est, quo de eius dignitate & excellentia, id quod in voluntate factum est, corpore etiam, hoc est, verbo vel officio exterius testificamur & protestamur, vocatur autem honor D. Virgini debitus Hyperdulia.

Cum ea testificatione protestationeque coniuncta est prædicatio dignitatis & excellentiæ, adeoque laus illius, ab ea, qua cæteræ creaturæ & Deus ipse, cui omnis laus & gloria debetur, prædicantur & laudantur, omnino diuersa & alia: 1. Timoth. 7.

Iam uti hoc honoris laudisque genere dignissimam eam iudicamus; ita penitus Constantini Cöpronimi errorem, agnomine suo dignum, horremus, cum Mariam quo ad vsque Christum in vtero gestauit honore dignam fuisse, eum porro vbi enixa fuit, nihil foeminis alijs dignitate præstare impie asseruit. Vide Suidâ. Zonaram in Chron. lib. 22. & Paulum Diaconum in vita illius. Niceph. lib. 18. hist. Eccl. in fin. Glycâ. p. 4. anal. Idem Constanti

Centur. 1.
de vita Ma-
riæ.

Genl. 3.
Quomodo
legunt Chry-
sost. homil.
17. in Gen.
August. lib.
2. de Gen.
contra Ma-
meh. cap. 18.
& lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 35.
Ambros. lib. de fuga se-
culi cap. 7. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 38.
Alcimus Auitus lib.
3. carm. Claudius Marius Victor, lib. 1. in Gen.
Eucherius,
Rupertus, Beda, Rabanus, Strabus & Lyranus in hunc locū.
* Bernard. in sermone de verbis Apocal. & Ecclesia in respō.
festi Natiuit. B. Mariæ.
Lib. de vir-
ginitate.
Apocalyp.
14.

Idem fere est Centuriatorum Mag-
deburgensium iudicium. Quo nanque
in honoribus deferendis, pio quodam
studio veteres Patres certasse videntur
magis, eo illi ingenij sui neruos con-
tenderunt studiosius, argumentis ve
vndique conquisitis, vilissimis eam an-
cillis nulloque honore dignis vel pa-
rem vel inferiorem facerent.

Cur ita si quæras? in promptu caussa
est; Aurora consurgens. effera pecora
campi, fures ac latrones, B. inquam
Virgo hæreticos non solum abigit, sed
& ipsa caput serpentis (Diaboli) ipso-
rum parentis conterit, & hæreses cun-
ctas in vniuerso mundo interimit. *

Lutherus horrendo, vt cum Basilio
loquamur, sacrilegio sponsæ Christi a-
dulter effectus, vel hoc nomine in se-
cula seculorum de vino iræ Dei bibit,
quod mixtū est mero in calice iræ ipsi-
us, cruciandusque igne ac sulphure in

con-

conspetu Angelorum & ante conspe-
ctum agni non habebit requiem die ac
nocte, quod vino fornicationis ebrius
meretricem impuram, quæ, relicto du-
ce pubertatis suæ, pacti Dei oblita, quia
primam fidem irritam fecit, damnati-
onem & ipsa habet, Beatissimæ Virgini
ac Matri Dei, sanctitate & gratia parē
esse vociferari sit ausus.

Proverb. 2,
1. Timoth. 5.

Rectius D. Iacobus Apostolus beatā
vocat Deiparam, irreprehensam Ma-
trem Dei nostri, honorabiliorem Che-
rubin, gloriosiorē Seraphin, corrupti-
onis expertem, gratia plenam, templū
sanctificatum, paradisum spiritualem,
Virginum denique gloriam, cui vni-
uersa gratulatur Ecclesia. Verius etiam
eam D. Damascenus appellat cœ-
lum vere animatum, vitæque thesau-
rum, atque abyssum gratiæ, quæ crea-
tas res omnes longissime superet, om-
nibusque dominetur, cum illius sit Ma-
ter, qui omne cœlum omnemq; natu-
turam molitus est.

In Liturgie
sua.

De dormit.
Virg.

Ad laudem prædicationemque D.
Virginis pertinent etiam, præter hym-
nos & cantica, Litanix, quæ ab eadem

K Virgi-

Virginem nomen habent; in illis enim nō tantum imploramus opem, sed & præconia encomiaque diuinæ Matris celebramus, quantumuis licet Hæretici ringantur, titulosque illos, quibus D. Virginem cohonestamus iniquis auribus accipiant. Quod illis condonandum esset, si D. Virginem absque Sanctorum Patrum exemplo laudibus, & ijs quidem amplissimis extolleremus. Cum vero nihil gloriæ Virgini tribuamus, quod non iam dudum ab antiquis Ecclesiæ Doctoribus eidem verbis honorificentissimis sit tributum, non est cur istos Mariani nominis hostes moremur, & à laudibus D. Virginis hymnisq; & canticis spiritualibus desistamus. Ausim dicere, nullum encomium in Litanijs, quas Lauretanæ vocant, vel in alijs quoque, quas pij magno cum fructu vsurpant, reperiri, quod non sit iam dudum à Patribus insignita Deipara. Dicitur ibi: *Causa nostræ letitiæ. & Regina Sanctorum omnium.* Quid aliud voluit Gregorius Nazian. in Tragœd. de Christo patiente, cum illam vocat: *Χάρμα τῷ γένους* *Letitiâ*

gene-

generis humani. *παντ' ἀνασσαν* Omnium Reginam. *Θραυιῶνων ταγματῶν ὑπερτέραν*. Superiorem celestibus ordinibus. Quid aliud voluit Damascenus, cum illam lib. 4. de fide cap. 15. appellat, Dominam omnium rerum conditarum; prouectam supra Cherubim, & elatam supra Seraphim; & oratio. 2. de dormitione D. Virginis; Inexhaustum gaudij pelagus; vnicam mœroris obliterationem, Pharmacum ex omni pectore dolorem propulsans. Quid aliud voluit Andreas Cretensis cum in oratione de dormitione, nominat illam, Reginam omnis naturæ, quæ excepto solo Deo, omnibus altior sit; sanctam sanctis sanctiorem; & omnis sanctitatis sanctissimum Thesaurum. Dicitur in Litanijs: *Mater diuinæ gratiæ, Mater purissima, Mater castissima, Mater intemerata, Mater creatoris, Saluatoris, Dei*. At hæc eadem & longe plura laudis & dignitatis nomina millies à Patribus D. Virgo audiit. Damasceno est Deipara, Gratiarum pelagus, vitæ porta, & fons lucis; Tota

101 VITA D. MARIÆ

Spiritus sancti Thalamus? porta Dei
 perpetua Virginitate prædita; Deside-
 rabilis & ter beata fœmina. Gregorio
 Nazianzeno est nostra Virgo; κόρη
 πᾶν χάριτος. Virgo plena gratia. An-
 dreæ Cretensi; porta cœli, & Christi-
 anorum fidei propugnaculum, & vitæ
 suppeditatrix, & vita viuentium, & cau-
 sa vitæ. Dicitur D. Virgo in Litanijs;
*Paradisus voluptatis, vellus Gedeonis,
 Thronus Salomonis, Rubus ardens in-
 combustus, Scala Iacob*: Hos omnes
 titulos inueniet Lector, cum apud alios
 eruditione & sanctitate clarissimos
 Doctores, tum apud Damascenum.
Excelsi, inquit orat. i. de Natiuit. Virg.
*brachium, viuam scalam sibi ipsi con-
 didit, cuius ima pars in terra firmata
 est, summa autem ad cœlum usque
 porrigitur. In qua Deus requieuit; spi-
 ritualis scala, hoc est, Virgo, in terra
 firmata est. (Ex terra enim ortum ha-
 bet, caput autem ipsius ad cœlum perti-
 net. Sed quid ex patribus titulos Ma-
 riæ conquirimus? Nescio quis maior
 D. Virginis laudator exstiterit, quam*
 ipse

ipse Gabriel Archangelus, cum eam sic
affatus est: AVE GRATIA PLENA, Domi-
nus tecum. *Benedicta tu in mulieri-
bus. Et, Inuenisti gratiam apud Deum,
&, Spiritus sanctus superueniet in te,
& virtus Altissimi obumbrabit tibi*

Ex hac certe laudatione Angelica
D. Virginis, omnes illæ laudes, quæ in
Patrum libris leguntur, manarunt tan-
quam riuuli quidam ex immenso ma-
ri: Et audent adhuc conqueri Hæretici,
quasi in Litanij nostris nimium lau-
demus & extollamus D. Virginem? qui
si adfuissent in conclau, cum cœlestis
ille nuntius Mariam laudando saluta-
uit, & salutando laudauit; admonuis-
sent proculdubio Angelum veteris illi:
NE QUID NIMIS. EST MODVS
IN REBUS. CAVE ne diuinos hono-
res tribuas creaturæ. Et multo magis
officij admonuissent sanctissimã Eli-
sabetam Matrem Baptistæ; cum magna
voce exclamauit: *Benedicta tu inter
mulieres & benedictus fructus ven-
tris tui & unde hoc mihi, ut veniat
Mater Domini mei ad me?* Non se cõ-
tinere potuissent pro suo diuinam glo-

riam asserendi ardore, quin æque elata
voce exclamassent; Quæ te dementia
cepit? ô mulier. Non huic, sed soli Deo
honor & gloria. Sed valeant isti Mariæ
obtreçtatores, Nos cum Damasceno
non modo palam dicamus. *Qui te
Genitricem Dei confitentur, ô Virgo,
benedicti sint. & qui inficiantur, ma-
ledicti*; sed illud etiam adjiciamus:
Qui Litanias, qui odas & hymnos, &
cantica tua spernunt, non ex Deo, sed
ex Diabolo sunt, quia te, ô Virgo, men-
daces facere conantur, cum propheti-
co afflata spiritu oraculum illud pro-
tulisti: *Beatam me dicent omnes gene-
rationes*. Quomodo enim id vero cõ-
fentiret, si nemo tuas laudes prædica-
ret; si vt Hæretici faciunt, in aliarum
mulierum classem & ordinem te conij-
ceremus? Si hæc verba sunt implenda,
inquit Lutheranus Spangenbergius,
necesse est profecto esse homines, qui
Mariam laudibus vehant ac ornent.

In Postilla
circa Eu-
ang. de Na-
tuit. Mariæ,

Ex dictis item colligimus mentitũ
in caput suum fuisse Lutherum, cum
illam nos Deam omnipotentem, vel
idolum facere, (ne opinor quisquam
ambige-

ambigeret os hominis apostatae, cui tam suavis erat panis mendacij, in inferno, vbi nulla est redemptio, implendum fore calculo ardenti) adorareque confinxit. Prouerb. 20.

Æque impudentes sunt posteri illi Lutherani, cum idololatriam nos; siue velimus, siue nolimus, in D. Virgine honoranda, admittere clamitant. Serui enim Dei extremis æternum valere iussis, Catholici, inquam filij (Epiphaniij verbis vtimur) sanctæ Dei Ecclesiæ, qui certam regulam nouerunt, nec ad dextram, nec ad sinistram declinant, sed via regia, via veritatis incedunt. Itaque cum eodem alibi, esse habendam in honore Mariam, Dominum adorandum senciunt, scribunt, dicunt, docent. Lib. 2. aduers. Hæret. hæret. 59.

At Gregorius Nazian. in Traged. de Christo patiente Deam appellat D. Virginem. Quid tum? Ergo Deam fecit? Malus certe non tantum Theologus, sed & Philosophus fuerit is, qui ob cœlestis doctrinæ præstantiam Theologi nomen consecutus est, si credidit mulierem natam, mortuam, ex corpore & animo concretam Deum vel De-

am esse. Vocauit igitur Deam primo
 vt poëta, cui Dea idem est quod Diua,
 virtutibus cæterisque animi & corpo-
 ris dotibus insigniter exulta & supra
 reliquorum mortalium sortem con-
 ditionemque euecta; qualem Deam ef-
 se sanctissimã nostram Virginem nemo
 iure negauerit. Vocauit secundo Deam
 eo sensu quo ipse olim Deus exod. 7.
 Moysen Deum Pharaonis constituit.
 Moyses certe Deus erat non natura &
 essentia, sed metaphorice portentis que
 edebat & prodigijs. Vocauit tertio De-
 am ea notione, qua sancti omnes Dei
 nomen sibi vendicant. Etenim, si vt
 præclare ratiocinatur Damascenus lib.
 4. cap. 16. *omnium Conditor & Do-*
minus, Rex Regum & Dominus Domi-
nantium, & Deus Deorum dicitur, o-
mnino & sancti Dñ & Domini & Re-
ges erunt Horum & est & dicitur De-
us, & Rex, & Dominus, & Deus. Deos
autem dico & Reges & Dominos non
natura, sed quod affectibus imperent
& dominantur, diuinæq; imaginis si-
mitudinem, qua geniti sunt, integrã
custodiant, vniti Deo per voluntatē,
 quem

que
 fact
 quo
 Dea
 fern
 Psal
 Proj
 stus
 lis fi
 que
 tam
 phe
 mi:
 etia
 non
 do n
 xit L
 & n
 mag
 que
 mis
 spe
 Dea
 Mat
 teste
 teno
 Mat

quem etiam inhabitatorem habent,
 facti huius communionem per gratiam,
 quod ipse est natura. Vocavit quarto
 Deam eo modo, quo ij omnes ad quos
 sermo Dei factus est, Dij appellantur
 Psal. 81. *Ego dixi Dij estis.* Quo ipso
 Propheta dicto defendit se etiam Chri-
 stus Dominus Ioan. 10. qui licet natura-
 lis filius Dei esset & Deus de Deo, id-
 que verissime prædicaret, mirantibus
 tamen incredulis Iudæis, eumque blas-
 phemiam arguentibus, obiecit illud Psal-
 mi: *Ego dixi Dij estis.* Quasi diceret,
 etiamsi non essem filius Dei naturalis,
 non tamen blasphemassem appellan-
 do me Deum; quia si illos Propheta di-
 xit Deos, ad quos sermo Dei factus est
 & non potest solui Scriptura, quanto
 magis nomen hoc tribuendum erit ei,
 quem Pater sanctificavit & in mundum
 misit, & qui talia opera in omnium cõ-
 spectu quotidie facit. Vocavit quinto
 Deam ea ratione qua ipse Christus
 Matth. 6. suos Apostolos Deos censuit,
 teste D. Hieronymo. *prudens Lector at-
 tende,* inquit D. Hieronymus lib. 3. in
 Matth. *quod ex consequentibus textuq;*
 L sermo-

sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed *Dij* appellantur. Cum enim dixisset: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* subiecit: *Vos autem quem me esse dicitis?* Illis, quia homines sunt humana opinantibus, vos qui estis *Dij*, quem me esse existimatis? Cum igitur Dei nomen sanctis & electis Dei tot modis, non proprio (sic enim incommunicabile est) sed metaphorico significato tribuatur, quid mirum, si ad D. Virginem Sanctorum omnium Reginam nomen hoc interdum transferatur? Illud magis mirum est, reperiri tam effrontes, qui dicant nos proprie & Dei nomen, & rem nomine significatam Deiparæ adscribere, quod Catholicorum nemini unquam in mentem venit.

Nugantur etiam Hæretici nescio quid de Collyridianis quasi eiusdem cum illis simus sententiæ, eodemque cultu quo illi D. Virginem honoremus. At mera calumnia est. Nam Collyridiani putabant stolide & insipienter D. Virginem esse diuinæ naturæ & Deam, & non humanæ & hominem, teste Epiph. nio

phanio Hær. 79. & Damasceno de Hæ-
 res. At quis Catholicorū hoc vnquam
 somniauit? Quis non cum Epiphanio
 profiteatur; *B. Virginem esse creatu-
 ram Ioachimi, & Annæ filiam, secun-
 dum Dei promissionem patri & matri
 datam; ita tamen honoratam à Deo
 ut ipsis sanctus honorabilior, a deoque
 pulcherrima fuerit, digna etiam facta
 summi mysterij dispensatione. Ad-
 hunc modum Dei matrem Virginem
 hanc agnoscimus*, ait Damascenus o-
 rat. *secunda de dormit. D. Virg. eiusq;
 dormitionem (& alia festa) celebramus;
 non Deam hanc esse prædicantes, ab-
 sit, Græcarum præstigiatorum sunt hu-
 iusmodi figmenta, quippe cum ipsius e-
 tiam mortem narremus, sed Incarnati
 Dei Matrem agnoscentes. Sacrifica-
 bant quoque Collyridiani D. Virgini
 tanquam Deæ. Quos ea de causa idem
 Epiphanius acriter, & merito, obiurgat
 & refutat. An nos ferit Epiphanius? tum
 id fatebimur cum Aduersarij demon-
 strarint, nos D. Virgini sacrificare, &
 non soli Deo in honoré & memoriam
 D. Virginis, &, si vt antea dicebamus,*

D. Virginem pro Dea minimè habemus, quomodo illi sacrificamus? Quis enim sacrificandū censuit, nisi ei quem Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit? ait alicubi D. Augustinus.

Sed inuenerunt etiam Hæretici apud Hieremiam cap. 7. & 44. Reginā quandam cœli, cuius cultum cum D. Virginis cultu, quam itidem Reginam cœli nominamus, comparant. Sed planè impudenter; Nam Iudæi suæ Reginæ cœli (siue luna fuerit, siue quid aliud) libabant libamina, & offerebant sacrificia tanquam Dæ. Num ita colimus nos D. Virginem? Num illi hostias inmolamus? *Quis audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctū corpus Martyris, ad Dei honorem cultumq; constructum, dicere in precibus: offero tibi sacrificium Petre vel Paule vel Cypriane,* inquit D. Augustinus lib. 8. de ciuit. cap. 28. Quis audiuit catholicū Sacerdotem dicentē? offero tibi hoc sacrificium Deipara. Quod si Antidicomarianitæ nostri putant D. Virginē non appellandam esse Reginam cœli;

eò quod nomen hoc à Iudæis datū sit
 Lunæ aut alicui alteri seu fideri seu i-
 dolo; pari ratione colligant, ne Deo
 quidem vero tribuendum esse nomen
 Dei; quia 3. Reg. II. dicitur Chamos
 Deus Moabitarum, & Moloch Deus
 Ammonitarum. Adde Iudæos non re-
 prehendi, quod lunam, siue quid aliud,
 Reginam cœli vocauerint; sed quod di-
 uinis honoribus affecerint, relicto Deo
 vero & vnico. Multo igitur minus nos
 obiurgandi sumus, cum non rem ina-
 nimem aut fictitiam, sed sanctissimam
 Virginem Mariam, quæ Regem Re-
 gum cœliq; terræq; Monarcha genuit,
 Reginae cœli titulo cohonestamus;
 maxime cum diuinos honores nullo
 modo illi largiamur; sed eos solum-
 modo, qui in tantæ dignitatis perso-
 nam conueniunt.

Vanum autem est quod Calvinus
 fomniat, detrahi aliquid de diuino ho-
 nore & transferri ad D. Virginem, eti-
 am si honore illa afficiatur minime di-
 uino, adeoque iniuriosos nos quoque
 esse Deo, & illi quod suum est eripere.

In cap. 2.
 Ioan.


Rectius D. Bernardus, Totis, inquit,

L 3

| præ-

Serm. de
Natiuit. D.
Mariæ.

præcordiorum affectibus & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.



CAPVT XIV.

DE SALVTATIONE

D. Virginis.

Lucæ cap. 1.

PORRO honori quem Virgini Mariæ habemus, salutationem illam, pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto consuetudineque rectissimè adiungimus, quæ verbis Angeli & Elisabethæ salutantium continetur. Regiã item illam, matrem misericordiæ, dulcedinem, spem, aduocatam nostram merittissimo salutamus.

In his encomijs teretes religioseque hæreticorum aures, minimè omnium ferre possunt, cùm eam spem nostram, veterum patrum a exemplo, appellamus; & non intelligunt miserrimum mortaliū nos in Deipara Virgine

2 August.
serm. de An-
nunc. Domi-
ni q. i. est 18,

gine non aliter spem nostram colloca-
re, quàm vt in causa efficiente secunda-
ria, & instrumentali, qua ad ea conse-
quenda iuuamur, quæ ad æternam bea-
titudinem obtinendam conferunt; à
Christo verò perenni veluti largissimo
quæ fonte scimus principaliter ea in
nos manare, quæcunque nobis diuino
munere beneficia conferuntur. Erra-
uitne D. Paulus cum Thessalonicen-
ses *b* Christianos, spem suam, gaudiũ
& coronam gloriæ appellauit? iniu-
riamne Deo salutari nostro, iniuriam-
ne Christo qui spes nostra est, spes om-
nium finium terræ & in mari longè *c*
intulit? minimè gentium: nec nos in-
gitur, qui D. Virgin. spem nostrã ap-
pellamus.

Iteramus autem illam salutationẽ,
vt sæpius etiam memoriam redempto-
ris nostri, perduto mundo tam læte an-
nunciati, reficemus; officium deinde
sæpius declaremus, quod tantæ matri à
nobis iure debetur. Et vt à pluribus
idem fiat, æris campani signo admo-
nemus.

Certo item numero repetimus, vt in
diui-

L 4

de SS. Epi-
phan. & E-
phrem, orat.
de laudib.
Virginis
Mariæ.
Damasc. &
Bernard. or-
rat. de nativ.
B. Mariæ.

b 1. cap. 2.

c Psal. 64.

113 VITA D. MARIÆ

diuinis de Christo & Maria mysterijs
recti^o dirigēdis, vtiliusq; cōtemplandis,
mentē quę varijs ceteroquin cogitatio-
nibus distrahitur, habeam^o attētiorem.

Nostri porro maiores, quorum in-
tuentes exitum conuersationis imitari
oportet fidem, vt commodius id præ-
starent, globulos precarios in vsu ha-
buēre, fertaque quodammodo spiti-
tualia exillis, ceu mysticis floribus cō-
textuēre, capiti que quasi Virginis in fide
non ficta imposuēre.

HINC ROSARIUM eiusque pre-
candi ritus, quem ritum iam olim à
Christianis Catholicis receptum, non
esse vel Blasphemum & Sathanicum,
vel superstitiosum, vt fabulantur Sc-
ctarij, sed pium & religiosum, breui
hoc epicheremate demonstramus. In
Rosario quinq; sunt: Nomen, Oratio-
nes, Repetitio, Numerusq; earundem,
& calculi precarij: quæ constat omni
superstitione vacare: Ritus igitur pre-
candi Rosarium, non est superstitiosus.

Nomen Rosarij suauissimum est:
nec enim aliud significat, vti vox quo-
que Germanica *Rosenfrank* indicat,
quàm

quàm fertum quoddam spirituale, mysticis vocibus ex Euangelio depromptis, tanquam rosis contextum, quod Virgini Virginum Dei Matri offerim⁹. Seta enim Virginum capitibus ornandis propriè adhibentur.

Orationes verò sine controuersia sunt sanctissimæ. Nam Dominicæ orationis auctor est Christus. Salutationis Angelicæ Gabriel Angelus, & S. Elisabeth. Quam Ecclesia Catholica, vt formam quoque precandi haberet, hac clausit oratiuncula à veteribus vsurpata: sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

Repetitio quoque orationum quia maximè valet ad excitandum, inflammandumque precantis affectum, non potest non esse religiosissima. Legimus tres Pueros in fornace hemistychium quoddam singulis in collaudando Deo repetiuisse versibus. Et religiosissimus Orator David in Psalmis suis sæpe repetit, nunc verbum vnum, nunc plura, nunc versum integrum. Certè in Psalmis 118. qui 176. carminibus absoluitur, &

L 5

quo-

quotidie in Ecclesia legitur, verbis tantum immutatis idem ferè repetiuit.

Dominus quoque alicubi non obscure hanc repetitionem in orante postulauit. Nam Lucæ 11. cum orandi modum suis traderet, parabolam mox subiecit de eo, qui ab amico tres panes extorquere non potuit, nisi identidem eius fores pulsando. Et in cap. 18. cum docuisset suos oportere semper orare, & non deficere, etiam parabolam addidit de Vidua, quæ quoniam idem sapius petendo etiam molesta fuerat, iudicem tandem in suam sententiam traxit.

Dices: Parabolas illas non aliud efficere, quam perseuerantiam in oratione imprimis esse necessariam. Non diffiteor, at efficiunt quoque illud: repetitione fieri, vt perseueremus & non deficiamus. Si enim cum orandum est, Oratio Dominica dicenda est: *Cum oratiu*, inquit Christus, *dicite Pater sanctificetur nomen tuum*: quomodo in tam breui orandi formula perseuerare possumus, nisi orationem Dominicam identidem iteremus?

Rut.

Rursus dices: Dominum in ea ipsa institutione, Matth. 6. monuisse, *ne u-
rantes multū loquerentur*: vbi Græca
vox est βαττολογεῖν, inaniter idē re-
petentiū propria. Respōdeo, Christum
ibi tantū reprehendere vanam loqua-
citatem Ethnicorum, qui existimabant
Deum æquē ac homines capi verborū
copia & lenocinijs: nam addit: *Sicut
Ethnici faciunt; putant enim quod in
multiloquio suo exaudiantur.*

Locus illustris pro vindicanda hac
repetitione ab omni superstitione est
apud LACTANTIUM in lib. 4. diuin.
Instit. cap. 28. vbi discrimen inter super-
stitiosos & religiosos (quōd illi totos
dies precarentur Deos, hi moderatē id
facerent) à M. TVLLIO allatum, his
verbis refellit: *Quid causæ est, inquit,
cur precari pro salute filiorum semel,
religiosi, & idem decies facere, sit su-
perstitiosi? Si enim semel facere optimū
est, quanto magis sæpius? Si hora pri-
ma, erga & tota die. Si vna hostia pla-
cabilis, placabiliores utique hostiæ plu-
res, quia multiplicata obsequia deme-
rentur*

rentur potius, quàm offendunt. Non enim nobis odiosi videntur ij famuli, qui assidui & frequentes ad obsequium fuerint, sed magis chari. Et iterum: Quod argumentum etiam ex contrario valet. Si enim totos dies precari & immolare criminis est, ergo & semel. Aut cur vitij nomen sit ex eo tractum, quo nihil honestius, nihil iustius optari potest? Nam quod ait Cicero, religiosos à relegendo appellatos, qui retractent ea diligenter, quæ ad cultum Deorum pertineant: cur ergo illi qui hoc in die sepe faciunt, religiosorum nomen amittant? cum multo utique diligentius ex assiduitate ipsa relegant ea quibus Dij coluntur. Hæc ille.

Ex qua oratione perspicuè efficitur, non modò supersticiosos non esse, qui crebrius easdem preces in Rosario iterant, verum etiam melius esse, Deoque gratius, sæpius quàm semel eas iterare. Ad hæc, repetitione ea nihil esse iustius aut honestius. Denique Rosarij oratores propriè esse religiosos, ut qui diligentissime ex assiduitate relegant retractent.

Etentque ea quæ ad cultum Dei pertinent.

Numerus sequitur orationū Rosarij, ab eadē nota superstitionis immunis. Nam Angeli apud Isaiam, & in Apocalypsi animalia, quæ requiem non habebant, nec nocte nec die, tertio eādē vocem in laudibus Dei iterant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. David Propheta septies in die laudem dixit Deo. Cuius exemplum secuta Ecclesia diuinum Officiū septem diurnis nocturnisque horis absoluit. Christus in horto orans, tertio eundem sermonem repetiuit. Paulus ter Dominum rogauit, vt Angelus Sathanæ ab eo discederet. D. Bartholomæum nixum genibus centies noctu diuq; orasse, testis est eius auditor ABDIAS Babylonius. Ex vetustissimis Anachoretis apud Palladium & Socratē, S. Macarius centum, Paulus Ægyptius trecentas, Virgo quædam septingentas quotidie fundebat ad Deum orationes.

Iam si pia mysticauè significatio à numero non absit, vt certè non abest,
nec

nec in numero Rosarij, nec in allatis exemplis (Ternarius enim SS. Trinitatis, Septenarius donorum Spiritus sancti Symbolum est) nihil erit in numero quod probari non possit. Nam quinquies orationem Dominicam repetimus, ut quinq; Christi vulnerum memoriam refricemus. Salutationem vero Angelicam cuique orationi decies subijcimus, ut in mentem nobis veniat decem Dei mandatorum. Eandem quinquagesimo toto Rosario iteramus, ut plenam peccatorum remissionem, quæ quinquagenario numero Iubilæi in Scripturis diuinis significatur, intercessione beatissimæ Virginis per merita passionis Dominicæ consequamur.

Calculi Precarij restant, in quibus aliquid superstitionis hæere imperitis fortasse videatur, sed reuera nihil hæret. Licet enim illis Christi fideles nunc laudabiliter vtantur tanquam Symbolo manifesto Romanæ religionis, vsus tamen eorum Patrum memoria in Ecclesiam non alia de causa primum inductus est, quam ut ne in numero orationum persoluendo sensili tactu aspectuque

Et uq; calculorum facile aberraremus:

Scribunt veteres historici, Palladius, Sozomenus, Cassiodorus, celeberrimū Anachoretam Paulum de Lybia quingentorum Monachorum Patrem, solitum indies. 300. orationes Deo quasi tributum persolvere: & ne numero delinqueret, lapillum ad singulas orationes in sinum iactare. CLARAM quoque sanctissimam fœminam Orationes Dominicas congerie lapillorum Domino annumerasse, res ab ea gestæ testantur. Breuiter, quàm vetus calculorum sit vsus, saxa sepulchrorum antiquissima loquuntur.

Non alio igitur sine primùm vsurpati videntur calculi illi, quàm ab Oratoribus olim loci & imagines ad retinendam verborum rerumque memoriam; quàm à mercatoribus nummi ærei ad annumerandas ingentes pecuniarum summas; quàm ab Ecclesia Catholica cruces imaginesque Christi & Sanctorum, ad conseruandâ vitæ Christi sanctorumq; recordationem.

Quod autem postea in certum numerum sint redacti ad commonefaciendum

endum, quòd Pontificis summi benedictio cum amplissimis indulgentijs accesserit, quòd nummis crucibusuè argenteis, æreis, ligneis ornetur, ea non superstitionem, vt quidam calumniantur, auxerunt, sed religionem.

Nam sicut Iosua sacri dux exercitus, filijs Israël Iordanem sicco vestigio trāsuntibus, duodecim lapides grandes ex alueo in castra piè & religiosè deferri mandauit, vt nempe apud posteros percontantes: *Quid sibi velint lapides isti?* perpetua miraculosi transitus exstaret memoria; sic maiores nostri piè & religiosè quinque grandiores calculos Rosarijs inseruerunt, vt hæreticis erridentibus, percontantibusque, *Quid sibi velint quinque calculi isti?* quid Rosarium totum? respondeatur esse Symbola quinque vulnerū, quæ Christo pro nostra ipsorumque salute sunt inflicta: Rosarium vero esse compendium quoddam noui testamenti, doctrinæque Christianæ.

Nam qui multiplicem Rosarij vsum norunt, sciunt eundem calculorum numerum seruire ad renouandam memoriam.

riam omnium myſteriorum vitæ Chriſti, & B. Virginis, capitumque præcipuorum fidei Catholicæ, vt SS. Trinitatis, Incarnationis, Paſſionisque Chriſti, cultus Dei & Sanctorum, præceptorum Decalogi, iuſtificationis & vitæ æternæ. Quod ſanè compendium hoc vtilius eſt in vulgus, quo latius eius uſus patet quam librorum. Legi enim poteſt etiam ab literarum imperitis, à cæcis, in equis & curribus, in tenebris denſiſſimis.

Benedictio verò Pontificis calculos alioquin profanos ſolennibus precatiſſimis verbis, in pium & ſalutarem uſum fidelium deſtinat; ſicut ritu Eccleſiæ peruectiſſimo, aqua, ſal, calices, cerei, herba, templa ipſa, benedictione ſacerdotis ad ſacrum uſum deſtinantur; *Sanctificatur enim*, inquit Apoſtolus, *omnis creatura per verba DEI & orationem.*


Indulgentias benedictioni coniunctas fructum afferre maximum, certum eſt: his enim allecta plebs fidelis, numero maiore, ſtudio ardentiore ad orandum Deum concurrat, pro rebus maximis,

M

mis,

mis, pro Ecclesiae Catholicae incremento, pro concordia Christianorum Principum, pro extirpatione haeresum. Horum enim capitum ferè indulgentiarum formulæ meminerunt.

Imagines verò aureæ, argenteæ, lignæ, Rosarijs appensæ, nec mysticum significatum, nec vsum habent alium, quàm imagines in templis, vt videlicet memoriam nobis renouent rerum à Christo sanctisque gestarum, & vt in, vel coram illis prototypum veneremus & inuocemus. Et hæc de Rosario.



CAPVT XV.

MOREM SALVTANDI
D. Virginem veteribus
fuisse vsitatum.

Vide Cansum
lib. 3.
cap. 3.



TSI non desunt ex Hæreticis, qui salutationem Angelicam magno cum fructu recitari posse concedat, alij tamen pertinacissime id negant, quibus quam

quam bene conueniat cum priscis Ecclesie Doctoribus, hoc capite breuiter demonstrandum est, hoc velut fundamento iacto, videlicet, D. Virginem posse saluari cum iisdem verbis quibus eam Angelus salutauit, tum alijs, ut hymnis, odis, litanis & canticis, quarum omnium salutationum illa Angelica exemplar & prototypus est. Ad utrumque salutationis genus inuitant nos Sancti Patres, & utroque ipsi etiam utuntur. Ad salutationem Angelicam pronuntiandam atque adeo saepius iterandam, cohortatur nos Andreas Cretensis orat. de dormitione D. Virginis, his verbis: *Omni lingua chorus ducat, & Deiparae occinat, Ave.* Hoc Gabriel prius sumpsit exordium mysterij. Et nos quoque rursus oportet hoc tanquam comparatum ad agendas gratias offerre Reginae generis. Illi enim etiam post excessum conuenit dicere illud Χαίρει. Sola enim nobis introducto gaudio, expulit dolorem primae parentis. Et Damascenus oratio. 2. de Assumptione D. Virginis. Cum Gabriele, inquit, Angelorum Antesignano, exclamemus:

M 2

Aue

Aue gratia plena, Dominus tecum, & in oratione de annunciatione D. Virginis, sic ait: Vere piorum labia Dei genitrici vocem Angeli sine ulla intermissione modulantes, cum exultatione clament: Aue gratia plena, Dominus tecum. Et Sergius Hierapolitanus supra cap. 3. citatus ita scribit: Quotquot hic adsumus fideles, cum Gabriele acclamemus Virgini. Aue gratia plena; Dominus tecum. Chrysupus quoque presbyter Hierosolymitanus sic alloquitur auditores serm. de S. Deipara: Agite ergo et nos, si munera digna offerre nequimus, pro viribus tamen bonam voluntatem adferamus. Mox vero sumamus initium à verbis, quæ Gabriel apud Mariam fecit; Aue gratia plena, Dominus tecum.

Ecce quomodo veteres ad D. Virginem, iisdem verbis, quibus Angelus usus est salutandam, nos cohortentur. An obedient monentibus sectarij? Quomodo audient nisi sine PRAEDICANTE? Quomodo audient, quibus hoc tam frequenter in ore? Qui
D. Vir-

*D. Virginem salutant temerè sibi officium alienum usurpant; quod Deus non nisi Angelo iniunxit. Bis autem stulta æmulatio, quod absentem salutant. Sed quærendum est ex istis primo; unde sciant soli Angelo mandatum vt illam saluet; cæteris vero omnibus id genus honoris & officij esse vetitum. Forte aderant, cum Angelus mittebatur. Ita credo. Ipsi post cæceta latebant, multum latrante Lycisca. Secundo quærendum est, unde sciant, Angelum esse iussum salutare B. Virginem; & quidem hac verborum formula: *Aue gratia plena*. Certe Scriptura id non dicit. *In mense sexto missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ*, ait Euangelista: de mandato salutandi Virginem, verbisque illis conceptis altum est silentium. Sed colligitur id ex officio Angeli: Iam tu igitur tuas mihi obtrudis collectiones incertas & friuolas. Quid enim? An putas semper speciale mandatū edendum esse Legato, vt saluere iubeat illū ad quem allegatur? Quasi vero tam hebes quis sit, vt non intelligat etiam*

sine præcepto, quid sui sit muneris. Deinde cum Regum quispiam ministerio Legati aliquem salutatur, non prohibet quo minus ab alijs iisdem verbis salutetur. ut igitur maximè Deus præceptum Angelo dedisset, non tamen hoc ipso idem faciendi potestatem nobis admisset. Neque id unquam credemus Hæreticis, donec huius interdicti ex scriptura tabulas attulerint.

Quid quod non tantum Angelus, sed & Elisabetha D. Virginem salutavit. (Neque enim tam omnis humanitatis expers fuit, ut salutantem non resalutaret) & forte iisdem verbis vsa est quibus Angelus, id ut credamus adducimur Elogio: *Benedicta tu inter mulieres.* quod est pars salutationis Angelicæ. Sed siue eandem salutandi formulam, siue aliquo modo diuersam usurpauerit, hoc constat, Virginem esse salutatam ab Elisabetha, sine peculiari id faciendi præcepto. Sed dicent: Salutationem illam fuisse ciuilem, qualis quotidie inter obuios. At reclamatur tota series rei gestæ. Salutavit enim illam, ut Matrem Domini; ut Beatam; ut benedi-

benedictam inter mulieres; vt benedicti fructus feracem; vt illam quæ aduentu suo Ioannem gaudio, Matremque eius Spiritus sancto perfuderit. Quid tu hic somnias civile & politicum? Quid est hic nisi cœleste & sanctum, dignumque honore & saluatione talibus prærogatiuis competente?

Deinde negare nemo potest laudatam esse ab Elisabetha sine speciali præcepto. vbi enim illud exstat? Si igitur illam laudauit, & licite & iure, cur id nobis datur vitio? Forte nunc caret illa laudis materia D. Virgo. Rumpere Hæretice. Stat stabitque illud: Beatam meditent omnes generationes. Cuius mox addit causam: *Quia fecit mihi magna qui potens est*: Illud vero quam lepidum est, quod nobis occinunt Hæretici: Absentem non posse, vel non solere saluari. Certe Caluini successor Beza sæpe festiuus admodum & plane Catullianis Epigrammatis salutauit Candidam & Audobertum, animas suas, quantumuis licet absentes. Nec videntur isti vllas vnquam aut legisse aut scripsisse Epistolas, alias haud absurdum iudica-

rent absentibus salutem dicere. At nescit D. Virgo etiam si salutetur. Ita enim saltem tacite, ratiocinantur hæc peccora campi. Sed quid non sciat & videat illa, quæ scit, & facie ad faciem videt cuncta videntem, in quo & per quem sunt omnia? Quod Psalmus de DEO: prope est omnibus inuocantibus eum; idem nos & vere de D. Virgine: prope est omnibus salutantibus eam, prope, non corpore, sed amore, beneuolentia, & iuuandi desiderio.

Cæterum ex his, quæ hæctenus diximus, perspicue colligi potest, sanctos Patres non tantum alijs fuisse auctores vt D. Virginem salutarent; sed ipso etiam idem religiose factitasse. Quis enim credat viros omni sanctitatis genere præcellentes, excitasse ad id populum, quod ipsi negligenter. Si vis me flere dolendum est primum ipsi tibi; Efficacius docendi genus est exemplo & opere, quam verbis & cohortatione. Quod si Hæretici adhuc auersantur salutationem Angelicã; ne videantur facere, quod fecit Angelus, (malunt enim alijs quam Gabrieli esse similes) salutent

salutent eam cum patribus alijs ver- Serm. 1. su-
 bis: Dicant cum Bernardo: *Salve Re-* per Salve
gina misericordiae, Domina mūdi, Re- Reg.
gina caelorum, Virgo virginum, San-
cta Sanctorum, Lumen caecorum, iusto-
rum gloria, peccatorum venia, Despe-
ratorum reparatio, deficientium for-
titudo, salus orbis, speculum totius in-
tegritatis, sit pietatis tuae ipsam, quam
apud Deum gratiam inuenisti, notam
facere mundo, res veniam, medelam
aegris, pusilli corde robur, afflictis con-
solationem, periclitantibus adiutoriū Tragœd. de
obtinendo sancti tuis precibus. Dicant Christo pat.
 cum Gregor. Nazian.

Aueto plena gratia Virgo & pa-
rens,

Longe omnium castissima ac pulcher-
rima.

Exercitibus præstantior caelestibus
Regina mundi, gaudium mortaliū.

Dicant cum Damasceno: *Salve fons* In hym.
perennis fluenti: salve paradisi deliciae,
salve turris fidelium, salve intemerata
omnium letitia, salve tu per quam no-
bis exortus est laudabilis patrum Deus
atque supergloriosus. Et alibi: Aue

N inlyte

*inlyte Dei throne, aue piorum turris,
per quam lux Christus ijs fulsit, qui e-
rant in tenebris.*

Lib. 2.
Carm.

Dicant cum Sedulio.

*Salve sancta parens, enixa puerpera
Regem,*

*Qui cælum terramq; tenet per secu-
la, cuius*

*Numen & æterno complectens om-
nia gyro,*

*Imperium sine fine manet, que ven-
tre beato*

*Gaudia matris habens, cum virgi-
nitatis honore,*

*Nec primam similem visa es nec ha-
bere sequentem,*


*Sola sine exemplo placuisti fœmina
Christo,*

Apud Canis. Dicant cum Methodio antiquitate,
lib. 3. cap. 9. doctrina, & Martyrij laude clarissimo:

*Salve perpetuo ineffabile gaudium
nostrum. Tu festiuitatis nostræ prin-
cipium, tu medium, tu finis. Tu pre-
tiosa cælestis regni margarita tu verè
et vber omnis sanctitatis, tu viuum
altare, panis vitæ. Salve diuinæ chari-
tatis thesaure, salve humanitatis filij
fontis*

*fons. Salve sancti Spiritus umbrose
mons. Dicant denique cum Ecclesia &
cum toto mundo christiano ante or-
tum noui Euangelij: Salve Regina—,
Mater misericordiae, vita, dulcedo, &
spes nostra salue. Ave maris stella—,
Dei mater alma atque semper Virgo
felix caeli porta. Ave Regina caelorum.
Ave Domina Angelorum, salve radix
sancta, ex qua mundo, lux est orta—.*

Quod si volent, novos hymnos, no-
uas odas nouasque salutationes, qui-
bus D. Virginem cohonestent, priscis
illis adijciant. Nunquam inutiliter scri-
bitur, cum de D. Virgine scribitur.



CAPVT XVI.
DE INVOCATIONE
D. Virginis.



ALVTATIONI Angelicae pro-
uida mater Ecclesia coroni-
dem eam adiecit, quæ, vt di-
ctum est superius, apertam
continet precationem, qua vtimur, cum
N 2 illam

illam laborum omnium ac solitudinum perfugium in necessitatibus eius fiducia, quæ nullam vereatur repulsam, inuocamus, opemque illius & suffragia nobis necessaria suppliciter imploramus.

Neque vero (vt hæretici impudenter obiectant) sic eam inuocamus, vt eius virtute propria, ab omni tribulatione liberemur, pietasque omnis, velut suauissima nardus, nostris mentibus innascatur, sed ab ea duntaxat petimus, vt ipsa deprecante à Deo ipsius & nostro Domino, qui attingit quidem à fine vsque ad finem fortiter, sed & omnia tamen suauiter disponit, quod petimus, facilius impetremus. Non enim plus fauoris & gratiæ, vt insanit Lutherus ab ea, quam à Christo sperant Catholici, sed reuerentur merito in Christo (inquit B. Bernardus) diuinam maiestatem, vt opus sit mediatore ad mediatorem istum; Neque alter nobis utilior quàm Maria.

Precationis huius vim miracula vnde quaque verissima, vrbique orbique notissima, demonstrant; vtilitas diuina

Sap. S.

Serm. vlt.
de Assumpt.
B. Virg.

nitus consecuta multipliciter probat & confirmat. Quis enim dubitet Mariam quicquid à filio petierit impetrare? aut quis eam aliud petere posse existimet, quam quod Deo gratissimum, & ijs pro quibus postulat, salutare futurum sit? Augustino certe si credimus, beatis nomen proprie meretur, qui Lib. 13. de Trinit. cap. 5. habet quicquid vult, & nihil mali vult.

Sancti certe Patres non tantum monent Christianos ut D. Virginem invocent; Sed & ipsi suppliciter illius suffragia implorant; Nescio autem quis maiori & ardentiori Spiritus feruore ad opem Deiparæ poscendâ mortales excitet, quam germanus ille diuæ Mariæ alumnus Bernardus; cuius hæc sunt Hom. 2. super missus. melle dulciora verba: *Si insurgant tentationum, si incurras scopulos tribulationum; respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si emulationis: respice stellam, voca Mariam, si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientie fœditate*

confusus, iudicij horrore perterritus,
 barathro incipias absorberi tristitia,
 desperationis abyſſo, cogita Mariam.
 In periculis, in angustijs, in rebus du-
 bijs, Mariam cogita; Mariam inuoca.
 Non recedat ab ore, non recedat à cor-
 de: Et ut impetres eius orationis ſuf-
 fragium, non deſerās conuerſationis
 exemplum. Ipſam ſequens, non deuias:
 ipſam rogans, non deſperas: ipſam cogi-
 tans, non erras. Ipſa tenente non dor-
 mis: ipſa protegente non metus, ipſa
 duce non fatigaris: ipſa propitia perue-
 nis.

Audiſti virum ſanctiſſimum, qui
 nos ad inuocationem D. Virginis co-
 hortatur. Audi nunc alium; qui Dei-
 param ſupplex inuocat; Is eſt Gregori-
 us Nazianzenus, magnus ille Theolo-
 gus, qui in Tragœd: de Chriſto patien-
 te. Poſtquam rogârat Chriſtum, ut pro
 aduocata admitteret Deiparam: πρέσ-
 βιν δ' ἐδέξο μητέρα σὴν ᾧ λόγῳ:
 hos ſubiungit verſus ad D. Virginem:

O ter beata Mater, ò lux Virginum.
 Quæ templa cœli lucidiſſima incolis,
 Mor-

Mortalitatis liberata sordibus
Ornata iam immortalitatis es stol:
Mens benignam ab alto aurem ex-
hibe verbis,

Meusq; Virgo suscipe, obsecro, pre-
ces.

Nam solus est honor hic tibi à
mortalibus

Quæ facta Verbi Mater es diuini-
tus,

Confisus unde verba persoluo tibi,
Plexamq; de prato coronam florido
Tibi offero Regina, quod me pluri-
mi

Dignata quondam gratijs, varijs ad
hec

Me liberas semper calamitatibus,
Multisq; defensas ab aduersarijs,
Tam qui videntur, quàm videri
qui haud queunt.

Me flecte tandem, quomodo in vita
audior

Virtute fiam, teq; semper præsidem
Vitæ meæ, ac demum benignam ac
sedulam

Habeam aduocatam filio coram
tuo,

Cum ceteris charis Deo virgunculis.

Ne me ergo tradier sinas tortoribus,

Aut perditori hominum fieri ludibrio:

Adfiste, et à tenebris et igne libera:

Fac ut fide tuaque saluer gratia.

Quare hunc tibi hymnū pango charisterion.

Salve puella gratiosa, Mater et Virgo omnium castissima ac pulcherrima

Exercitiis præstantior cælestibus, Regina mundi, gaudium mortalium,

Semper benignam te exhibe mortalibus

Mihique sis salus ubique maxima.

Accedat quoque Damascenus, & sua auctoritate inuocationem D. Virginis comprobet: sic igitur ille ad finem orat: primæ de Natiuitate D. Virginis: *ô Ioachimi et Annæ filia ac Domina, peccatoris orationem accipe, ardentem tamen amanti, ac colenti, teque solam gaudij*

gaudij spem habentem, vitæ antisti-
 tem, in gratia cum filio me reducentem
 firmamque salutis arram. peccatorum
 sarcinam discute; idque quod menti
 meæ tenebras offundit, ac terrenam
 crassitiem dissipa. Tentationes com-
 prime, pieq; ac sancte vitam meam gu-
 berna, atque ad cœlestem beatitudi-
 nem fac te duce perueniã, pacem mû-
 do atque omnibus huiusce urbis in-
 colis recte de religione sentientibus ab-
 solutam numeris omnibus lætitiã ac
 sempiternam salutem per tuorum pa-
 rentum ac totius Ecclesiæ complemen-
 ti preces concilia. *Fiat, fiat. Ave gratia
 plena, Dominus tecum, benedicta tu in-
 ter mulieres, et benedictus fructus vē-
 tris tui.* Vbi vides D. Damascenum,
 non tantum pro se, sed & pro alijs D.
 Virginis auxilium implorare, eundem-
 que ad extremū Deiparã iisdem verbis
 salutare, quibus ab Angelo olim fuit sa-
 lutata; nec tamen eam ob causam in
 Angeli officium inuolasse. Vnum ad-
 huc addemus, eumque grauissimum,
 Doctorem, nempe D. Augustinum, qui
 ita orat in suis Meditationibus cap. 35.

Pie & misericordissime Domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea. Sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, et da mihi effectum petitionis meae & desiderij mei, intercedente, & orante & impetrante gloriosa Virgine Genitrice tua Maria, Domina mea, cum omnibus Sanctis tuis. Alij quoque Patres, sua quique ætate, D. Virginem inuocarunt, & inuocandam docuerunt, ut in extremo libro operis Mariani fuisse demonstrat Canisius, ad quem lectorem remittimus.

Quam vero D. Virginis inuocatio mortalibus salutaris olim fuerit, & etiamnum sit, declaratum est non raro miraculis. Nos omissis recentioribus vnum atque alterum ex antiquitate adferemus. Et primum quidem illustreturque notabile illud est, quod de D. Damasceno scribit Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus in vita eiusdem Damasceni, in hæc verba: Leo Isaurus Iconoclastarum patronus imperabat, & ad tuendam sectam Pseudosynodum celebrari iusserat, ingentes motus excitans,

tans, vt sacras imagines ferro & igne deleret, prorsusque aboleret in Ecclesia. His rugientis leonis furoribus, si quis alius, certe Damascenus sese fortiter opposuit, & in patria degens, tres libros pro sacrarum imaginum defensione conscriptos edidit, eoque opere animos Iconomachorum vehementer offendit. Qui cum dolerent, suas artes & fraudes tanti viri industria detegi, atque labefactari, falso illum apud Saracenum in Arabia principem proditiōnis accusarunt, quod ad rumpenda principum fœdera literas manu sua cōsignatas subdolè misisset, ac pacē publicā perturbare aggredereetur: Hinc Princeps Barbarus accusatorum querelis nimium credens, Damascenum quamlibet innocentem de proditiōne suspectum habet, eumque in iudicio damnat, pœna illi in amputatione manus dexteræ constituta. Quæ res à Saraceno Principe perpetrata, sed absentium Iconomachorū dolo nequissimo procurata, fœliciores, quàm illi sperabāt, exitum habuit, & Maria quidem duce catholicis lætam victoriā impetrauit.

Damasce.

Damasceus igitur post vulnus acceptum, manum enim dextram illi amputarunt, suum oratorium ingreditur, ante virginis Deiparæ imaginem sese prosternit, lachrymas fundit, suam calamitatem deplorat, multisque precibus sese virgini matri commendat, ac supplex his verbis clementissimam implorat: Domina & sanctissima mater, quæ Deum meum peperisti, amputata est dextera mea, ob sanctas & diuinas imagines. Tu, qua de causa Leo sæuiat, non ignoras: proindè quantocius succurre. Dextera enim altissimi, quæ de te incarnata est, per tuas intercessionem multas habet virtutes. Sanct, oro, & hanc meam dexteram tuis precibus: vt tuas & eius, qui ex te incarnatus est, laudes, sicut dederis, numeris rythmicis & melodijs perscribat, & orthodoxi cultus sit cooperatrix, ô Deipara. Hæc orans Ioannes & lachrymans in somnum vertitur, videtque sanctam Dei genitricis imaginem misericordibus & lætis oculis ad se respicientem, & ita dicentem audit: Ecce sana facta est manus tua, caue posthac, ne segnior fue-


fueris, sed calamū eam fac̄ scribæ velociter scribentis, (Psal. 44.) quemadmodum nunc pollicitus es. Vt autem restitutus euigilauit, & manum curiosè contemplans, curatam vidit, tum exultare cœpit spiritu in Deo salutari suo, & matre eius, quia fecit secum magna, qui potens est.

Refert Gregorius Nazianzenus sequentem historiam: Cum Cyprianus ^{Orat. in Cyprian,} à fide Christi adhuc alienus, ac rebus magicis omnino deditus esset, amore Christianæ Virginis exarsit, & in illius expugnanda pudicitia plurimū laborans, vt cæcus & insanus est amor, etiā Dæmonem adiutorem sibi adsciuit. Virgo etsi turpem eiusmodi amorem omnem detestaretur, (Christo enim sponso se totam consecrauerat) tamen præsentis Sathanæ technas & ardentes libidinis faces non potuit non persentiscere, multum his ac grauius exagitata, proinde vt par erat, ad pudicitia suæ custodem & tutorem Deum, sese conuertit, simulque Mariam supplex obsecrauit, vt sibi periclitanti auxilium ferret, corpus interim ieiunio atq; hu-
mi.

mi cubatione, quæ sunt continentia
 arma, castigans, vt in hoc certamine
 hostem impurum vinceret, suamque
 pudicitiam saluam tueretur. Neque ir-
 rita fuit Mariæ inuocatio, per quam
 propitius afflictæ Virgini adfuit Deus,
 vt & hostis deuictus abscederet; & Cy-
 prianus ex Mago & stulto amatore
 Christianus & Martyr efficeretur. An
 non vel ex hoc vnico exemplo tanti
 Doctoris auctoritate comprobato, sa-
 tis liquet, D. Virginem etiam olim in
 grauibus periculis inuocatam, eamque
 inuocationem hominibus vtilem & ef-
 ficacem extitisse, talemque inuocandi
 formam licet Cypriano viuo factam,
 nec ipsi Gregorio, qui eam publice re-
 censet, ac recensendo laudat, nec Do-
 ctoribus id genus alijs displicuisse, quin
 potius vt in Ecclesia iam anterecepta,
 illis probatam esse? Sed errauit Gre-
 gorius, iudicio Nouatorum. At satius
 erit, vt arbitror, ita errare cum Cypria-
 no & Iustina sanctissimis Christi Mar-
 tyribus; & cum Gregorio tali ac tanto
 Theologo, quam cum Melanchthone,
 & similibus sectarijs, qui Gregorium
 impu-

impudenter erroris arguunt, bene, ut ipsi sibi persuaderit, sentire.

Quid de Theophilo œconomio, quid de Andrea Chio, alijsque innumeris dicemus, qui D. Virginis inuocato auxilio ex grauiſſimis animi corporisque periculis emerſerunt ſingulari ſanctiſſimę Matris beneficio, quorum catalogos texunt Caniſius lib. 5. & Tilmannus Bredenbachius lib. 2. ſacrarum collationum. Quos adeat, qui uolet.



CAPVT. XVII.

DE FESTIS, TEM-
plis, & Oratorijs, imaginibus
& reliquijs D. Vir-
ginis.

STATIS diebus recte in memoriam & congruentē uenerationem D. Virginis feriamur, adeoque ferias illas ad Deum, non ad ipsam referimus. Beneficiorum enim quę à Deo ipsi & per

per ipsam donata sunt nobis, donorumque omnium seu gratiæ seu gloriæ, quæ à patre luminum descenderunt, solennitatibus, festis, & diebus statutis, dicamus, sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata surrepat obliuio. Huiusmodi feriæ septem præcipue numerantur, conceptionis, Natiuitatis, præsentationis, Annūciationis, Visitationis, Purificationis & Assumptionis, de quibus iam actum est, contra has autem ferias nihil aliud obijciunt Hæretici, præter id quod generatim in omnes ferias obijciunt; quorum omnium argumenta accurate soluit Bellarminus Tomo 1. lib. 3. de cultu sanctorum cap. 10. Citra cultum vero diuinum, piæ & sanctæ antiquitatis exemplo, templa, oratoria, Ecclesias & altaria D. Virgini exstrui & religiosa solennitate dedicari asserimus; quandoquidem ad Deum duntaxat, & non ad illam referimus, nisi quatenus in illis locis peculiaris eius memoria, & veneratio rectè exercetur. Quamuis non desint graues auctores, qui concedant, etiam ipsi D. Virgini verè & propriè
sacras

rum.
e, que
solen.
dica.
ne vo.
at ob.
præci.
Nati.
ionis,
flum.
, con.
biji.
nera.
quorū.
it Bel.
u san.
vero
tatis
fias &
igiola
quan.
e non
in il.
& ve.
s non
dant,
opriē
sacras

sacras ædes exædificari vt & alijs sanctis, non tamen sub ratione templi, sed sub ratione memoriæ, vel Basilicæ, vel oratorij. Nam templum proprie domus sacra dicitur, quatenus erigitur ad sacrificia, Basilica autem vel memoria vel oratorium, quatenus reliquiæ vel imagines vel quid aliud D. Virginis aut alterius sancti in illa asseruatur, vel quatenus fideles in illa conueniunt, vt eo, quo par est, cultu D. Virginem honorent, inuocent, & præclaras illius actiones vel palam vel tacite secum cōmemorent. Sicut autem D. Virgini nullo modo sacrificamus, ita nullo modo templa illi erigimus, sed tantum Deo; quia D. August. lib. i. contra Maxim: clarissime testatur templi erectionem esse cultum latriæ soli Deo debitum; Et idem D. Augustinus coniungit templum cum altari & sacrificio lib. 8. de ciuitat. Dei cap. vlt. docens cui vnum conuenit eorum, conueniret idem alia. Fatetur tamen semper Martyribus memorias recte exstrui; & præcipue notandus est locus lib. 22. de ciuitate Dei cap. 10. vbi sic ait: Nos au-

Vide Bellar.
loco citat.
cap. 4.

tem Martyribus nostris, non templum
sicut Dijs, sed memorias sicut homini-
bus mortuis, quorum apud Deum vi-
uunt spiritus, fabricamus. Pari modo
cum altaria destinentur sacrificijs, non
possunt proprie sub ratione altarium
Deiparæ aut alteri sancto extrui: sic
enim ad diuinum cultum solummodo
pertinent, sicut & sacrificia: possunt ta-
men extrui, quatenus in illis altaribus
memoria D. Virginis peculiariter coli-
tur; vel reliquiæ illius, si quæ habentur,
custodiuntur, vel imagines in ijs depictæ
aut sculptæ collocantur, vt qui altaria
adspiciunt, admoniti imagine ibi efficta
recordentur Deiparæ, eamque in ijs al-
taribus tanquam patronam colant &
deprecentur. Posse autem idem opus
fieri in gratiam duorum vel plurium &
quidem primario ratione cuiuslibet,
experientia quotidiana docet; dum
idem opus ad plures & principales fi-
nes destinamus, vel dum eodem officio
plurium voluntates nobis conciliare
conamur. Idem contingit in proposi-
to. Deo extruuntur sacræ ædes ad sa-
crificia, & ad summum illum cultum
qui

qui soli Deo competit in illis exercendum; & vocantur templa: Et eadem ædes exstruuntur, vt ibi quoque Deipara debito cultu colatur, vel alius ex sanctorum numero, & vocantur Basilicæ seu memoriæ. Neque tamen ab eadem virtute vtrunque obsequium proficiscitur, sed templi quidem ædificatio quatenus templum est, à Patria & Religione, eiusdem vero ædificatio & oblatio quatenus est Basilica vel Memoria, ab alia quadam virtute, quæ Hyperdulia dicitur, vel Dulia, si non D. Virgini, sed alteri sancto domus illa deditur.

Quod autem sacras ædes in honorẽ D. Virginis conditas communiam loquendi consuetudine templa appellamus; improprie loquimur; Materialiter enim templum accipimus, nihil aliud significare volentes, quam domũ illam, quæ templum dicitur, ex ædificatam quoque esse D. Virgini, non sub ratione templi ad sacrificia, sed sub ratione Basilicæ vel Memoriam, ad ornandam conseruandamque Memoriam recentem in fidelium animis, & ad inuo-

O 2 candum

candum auxilium sanctissimæ Deiparæ; quo sensu vocatur etiam à D. Basilio in Psal. 114. Martyrū Basilica, templum. Porro gratum esse Deo, ut ea loca quæ illi tanquam primo principio & supremo omnium rerum Domino dedicantur ad suum cultum, simul etiam deputentur ad cultum alicuius sancti, & potissimum Dei Genitricis MARIAE, testantur frequentissima & celeberrima miracula, quæ vel olim edita vel etiam hac ætate in templis D. Virginis eduntur; quorum templorum, multa ubiq; reperiuntur, & magna pietatis significatione à pijs adeuntur, vixque est vlla natio, cui nō sit vnum præ reliquis religione & beneficentia D. Virginis in morales insigne. Quis nescit veterem Ottingam, & templum Duntenhauseanum in Bauaria? Quis non audiuit de eremo D. Virginis seu de sacello Einsidlensi apud Heluetios? Apud Hispanos celeberrimus est diuinæ Matris patrocinio mons Serratus; apud alios loca alia: sed omnibus sanctitate & antiquitate longe præstat templum Lauretanum, sacrum illud
Vir-

Vide Canis.
lib. 5. cap.
24.
Et Costerum
epist. in In-
stitut.

Virginis cubiculum in quo Nazarethi,
Angelo Gabriele internuntio, Verbum
caro factum est, quod Angelorum mi-
nisterio ex palæstina in Italiam transla-
tum, magnam adfert Christi fidelibus
voluptatem.

*Hic Virgo genitura Deum genitri-
cis ab aluo*

*Prodyt & blandis mulsit vagitibus
auras.*

*Hic quoque Virginei servata laude
pudoris*

*Sancta salutifero tumuerunt visce-
ra fœtu,*

*Ille opifex cunctorum, illa æterna
unica proles*

*Æqua Patri, ille homini primæua
ab origine lapsa*

*Spem cælo vitamq; ferens, hac lusit
in aula*

*Paruulus, & sanctæ blanda obtulit
oscula Matri.*

Vt Poëta & Orator grauissimus M.
Antonius Muretus cecinit. Exstitit qui-
dem non ante multos annos perfidus
Apostata Petrus Vergerius, qui vt supra
diximus cap. 3. hanc sacratissimam do-

num omnibus machinis latinè & Italice oppugnauit. Sed obuiam itum est à Turriano, qui leuissimi hominis impiam vesaniam fortiter contudit, argumentis eius sigillatim omnibus dissolutis & confutatis, ex quibus hoc est præcipuum; Maria quando salutata ab Angelo Christum concepit, habitabat in domo Iosephi, falsum igitur est, quod fertur, domum Lauretanam esse illam ipsam, in qua Virgo ipsa nata & educata, & deinceps ab Angelo salutata, Christus cõceptus, & multis annis educatus est; Quis enim non videt Mariam fuisse adductam in domum Iosephi viri sui, vt mos est maritis, & non Iosephum fuisse receptum vnà cum sponsa in domum Ioachimi & Annæ. Quod etiam Nicephorus lib. 1. cap. 8. comprobatur, cum ait: Illam Nazarethi cum Ioseph domicilium habuisse, & ibidem ab Angelo lætum nuntium accepisse. Et cap. 12. vbi ait; Christum in domo Ioseph circumcisum esse. Non ergo nutritus est in illo ipso cubiculo, in quo fuerat nata Mater, sed partim in domo Ioseph, partim in Ægypto. Verum quam

quam leuis momenti hæc, sint haud
magni laboris fuerit demonstrare. Pri-
mo quia falsum est vxorem semper in
domum mariti fuisse translata. Quid
si domum non haberet? Quid si sponsa
sit hæres paternorum bonorum, aut
domum accipiat in dotem; an maritus
dedignabitur in domo vxoris suæ habi-
tare? An id vel iam insuetum est, vel o-
lim fuit? Certe nihil minus. Relinqua-
mus quotidiana. Sacra videamus. Iacob
viginti annis in domo vxorum suarum
habitauit, & diu etiam Moyses in do-
mo soceri cum vxore. Idem hic acci-
disse dicimus, recteque ac ordine factū
vt domus illa, in qua Virgo nata fuit &
educata, appellaretur domus Iosephi;
quia sicut D. Virgo Iosephi erat, tan-
quam viri sui & capitis, quia vxor eius:
Sic etiam recte domus B. Mariæ dom^{us}
Ioseph nominabatur à capite. In domo
itaque Ioseph habitabat Maria, cum in
domo sua paterna habitabat; in qua
nata & ab Angelo salutata est; & puerū
Iesum nutriuit. Ex quibus euanescent
omnes Hæretici illius nebulæ.

Ad

Ad altare quoque Dei, ad mensam Domini, vnde, vt S. Augustinus loquitur, dispensatur victima sancta, qua deletum est Chirographum, quod erat contrarium nobis: beatissimæ Deiparæ cum veneratione meminisse, cum vt propositis virtutum exemplis ad imitationem accendamus, tum vt eius patrocinio ac meritis apud Deum adiuuemur, religiosum est officium. Et quamquam Sacrificium illi nullum immolemus, vt supra quoque diximus; nouam tamen noui testamenti & vere mundâ oblationem Ecclesia ab Apostolis accipiens, interdum pro eius gloria & in eius honorem, in vniuerso mundo soli Deo offert. Cæca igitur mentiendi libido misoliturgos transfuersos agit, cū Catholicis contrarium vulgo impingunt; Et licet sacra quædam dicantur Missæ D. Virginis, nolumus tamen hoc loquendi modo significare, quod ipsū sacrificiū offeratur D. Virgini, sed quod offeratur Deo in gratiarum actionem pro gloria D. Virgini collata, & simul interpelletur D. Virgo tanquam patrona & aduocata apud Deum,

Voti

Voti honorem eatenus tribuunt orthodoxi Deiparæ, quatenus Deo vouēt ex illius amore & reuerentia, tanquam fit illi etiam vt Dei parenti, id obsequium diuini cultus placiturum; testemq; deinde illam esse volunt obligationis, qua se aliquis Deo obstringit; denique illius gloriosa intercessione freti, quod Deo promittunt, adimplere statuunt. Recte tamen alij addunt, D. Virgini & cuius alteri sancto, non tantum his titulis aliquid voueri posse; sed etiam ita vt votum ad ipsam Deiparam aliosue sanctos terminetur: Vt cum quis in hæc verba promittit: Voueo B. Virgini peregrinationē, vel altare, vel quid simile. Neque votum hoc actus est latriæ; sic enim votum soli Deo fit, sed Dulix; & quod hinc sequitur specie distinctum ab illo altero, quod Deo nuncupatur; sicut cultus quo De^o colitur, specie differt ab illo, quo colitur aliquis cœlitū, vouemusq; Deo in signum gratitudinis tanquam erga primum principium omnium bonorum, & in recognitionē beneficij ab ipso tanquam à primo auctore accepti. At Sanctis promittitur

P

aliquid.

Vide Bellar.
loc. cit. cap.
9.



aliquid in signum gratitudinis tanquam erga patronos, aduocatos & intercessores, per quos a Deo beneficia accepimus. Neque repugnat Ecclesiae & Doctorum consuetudo, ut promissio facta Deiparae alijsue sanctis dicatur votum: Ex quo fit, ut votum sit nomen generale ad promissionem factam Deo & sanctis; sicut honor, oratio, & similia.

Imaginem D. Virginis cur non asseruemus, quam tanto studio ad viuum D. Lucas Euangelista, referente Theodoro, *a* expressit? Afferuemus autem? imo & hanc atque alias id generis omnes, seu pictas, seu sculptas, seu in templis, seu in compitis & triuijs, siue alibi in locis publicis & conspicuis consueto solenni que Ecclesiae more collocatas, honoremus etiam propter prototypum. Quam porro veteres religiose cum alias, tum praecipue D. Virginis imagines coluerint; & quanto saepe bono & commodo, nemo nescit, qui antiquitatem non ignorat. Cum Bizantini suam urbem a Sarracenis aliquando grauiter obsessam cernerent, non sine ieiunio & oratione, Virginis-

que

a In collect.
lib. 1.
Niceph. lib.
14. cap. 2.
& lib. 15.
cap. 14. &
alij.

Vide Canis.
lib. 5. cap.
24.

que Matris patrocinio felicem belli
 successum & exitum sibi ausi sunt polli-
 ceri. Itum est igitur ad sacram ædem,
 quæ prope S. Sophiam exstabat; illinc
 Deiparæ imago, quam D. Lucas depin-
 xerat, reuerenter accepta, & in publicâ
 supplicatione adducta, sed & in singu-
 las hebdomadas per totam urbem fe-
 ria tertia religiose admodum circum-
 gestata est. Ita demum optata de Sara-
 cenis hostibus victoria læte successit,
 haud dubie Maria patrocinante.

Simile exemplum refert Nicetas
 Choniates lib. 5. Annalium de Manu-
 ele Commeno Imperatore Constanti-
 nopolitano, qui cum ingenti prælio
 contra Hungaros feliciter dimicasset,
 Deoque gratijs actis triumpharet, Im-
 peratorem ipsum, inquit Nicetas, qua-
 drigæ argenteæ auratæ, cum equis
 niue candidioribus præcedebant; qui-
 bus imposita erat imago inuictæ adiu-
 tricis & insuperabilis commilitonis
 Matris Dei; Neque vero axis grauius
 sonuit, quia non vehebat acrem Deam
 Mineruam, quæ falso Virgo dicitur: Sed
 veram Virginem, quæ verbum inexpli-
 cabili

quã
 flo-
 m.
 um
 ipa-
 Ex
 rale
 fan-
 n af-
 uum
 heo-
 tem?
 is o-
 n tē-
 alibi
 nsue-
 loca-
 roto-
 giose
 ginis
 sape
 , qui
 m Bi-
 s alt-
 erent,
 ginis-
 que

Vide Canis.
cap. 22.
& Sigon. lib.
1. de regno
Italiae.

cabili ratione per verbum peperit. Eodem spectat, quod Constantinus palaeologus Imperator, cum urbem amissam recuperasset, ut primum Constantinopolim venit, coram eadem imagine primum gratias egit, illamque religiosè præferri voluit, ac deinde pedes ipse comitatus atque stipatus in urbem processit. Et Gregorius quoque Magnus cum saevissima pestis Romæ saureret, ac multæ simul aliæ calamitates accederent, religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit, & D. Virginis imaginem in publicum efferri curavit, piamque circumgestionem Deus præsentis miraculo comprobavit, etenim quacunque ferretur imago, pestilentis cœli gravitas depulsa, & optata salubritas in vrbe consecuta est. Vbi gratulantibus omnibus Deo, ecce tibi angelus, qui sanctam Virginem his vocibus alloqueretur: Regina cœli late-re, Alleluia, Quia quem meruisti portare, Alleluia; Resurrexit sicut dixit, Alleluia. Quam orationem simul atque Gregorius coram audiuit, diuino spiritu statim excitatus, eam in hunc modum ex-

expleuit: *Ora pro nobis Deū, Alleluia.*

Non est vero quod quis miretur, cum audit Constantinopoli & Romæ fuisse imaginem à D. Luca depictam; Nemo enim dicit à D. Luca vnam tantum imaginem Deiparæ esse factam. Nam eiusdem quoque prototypi plures effigies effingi, nihil penitus vetat; & forte quædam dicebantur imagines à D. Luca depictæ; quod ad viuum expressæ essent ex illa, quam D. Lucas depinxerat. Cæterum veteres non tantum illas Deiparæ imagines, quas sanctus ille pictor fecerat, conuenienter honorabant, sed alias etiam quascunque, quarum cultum gratū fuisse Deo, declaratum est non rarò miraculis planè stupendis; Ioannes Anachoreta vir magni nominis, inquit Ioannes Moscus Euiratus, in prætio spirituali cap. 180. qui senex in spelunca quadam vixit circa villam, quæ dicitur Sochus, viginti propemodum miliaribus distans ab Hierosolymis; habebat in sua spelunca Deiparæ ac dominæ nostræ Mariæ imaginem, eaque matrem Christi filij gestatricem exprimebat. Qui

senex, si quando religionis causa vellet aliò proficisci, & loca reuerenda petere, quod illi erat perquam vsitatum, de more candelam coram eadem imagine accendebat, & precatone facta Deo sese, iterque suum commendabat, simulque in ipsam Deiparæ imaginem intuens, his verbis utebatur. Sancta domina Dei genitrix, quia longum iter facere statui, ac multis diebus abesse cogor, tu candelæ huius habe curam, eamque ne extingatur, iuxta meum desiderium serua. Te quidem comite & iuuante hoc ingredior iter. Hæc vbi dixisset imagini, in viam se dedit, & itinere confecto domum postea redijt, ita vt aliquando vnum, sæpe duos, etiam tres, imò quinq; & sex menses abesset. Semper autem in reditu candelam inuenit integram & ardentem, sicut illam ante iter suum accensam reliquerat, nec vnquam vidit extingui. Id quod citra euidens miraculum fieri neutiquam poterat, Deo haud dubie per Deiparam hoc prodigium operante, ac piam sancti seais fiducia corroborante. Refert idem auctor aliam quãdam his verbis historiam

xiama

riam cap. 45. Monachus quidam solitari-
 us, & insignis Christi pugil, iamque
 grandævus in monte oliuarum habita-
 bat, & ab impuro fornicationis spiritu
 acriter impugnabatur; Qui cum vehe-
 menter infestaretur, eiulare demum
 cœpit, ac dicere infestanti Dæmoni.
 Quousque tandem missum me non fa-
 cies? recede à me, qui mecum quasi cõ-
 senuisti: Dæmon vero visibilem illi sese
 exhibens hoc modo respondit: Iura
 mihi te nemini mea verba, quæ dicam,
 renuntiaturû, ac deinceps te oppugna-
 re desinam. Iuravit senex de seruanda
 fide silentij, ac dixit: per illum, qui in
 altissimis habitat, ea quæ dixeris mihi,
 nemini reuelabo: Tum ille, noli, in-
 quit, hanc imaginem adorare, & ego
 à te oppugnando desistam. Habebat
 enim senex eo in loco imaginem, quæ
 dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis
 Mariæ Christum circumgestantis fi-
 guram exprimeret, quam & solitus erat
 venerari. Hoc audito, senex delibera-
 di tempus postulauit, remque omnem
 die sequenti exposuit Abbati Theodo-
 ro Eliotæ. Is monacho respondit, vere

delusus es & peccasti iurando Dæmoni, sed quod arcanum aperueris recte fecisti. Verum satius est tibi ut nullum omitteres in vrbe prostibulū in quod nō ingrediaris, quam ut Dominum Deum nostrum Iesum Christum, & Matrem eius adoraturum te neges. His illum ac multis alijs verbis confirmans, ad proprium reuersus est locum; at Dæmon rursus incluso sese conspicuum præbuit, & cur, inquit, male senex, cum verba mea te nemini affirmaueris patefacturum, ei qui venit ad te cuncta dixisti? te igitur peierasse scito, & in die iudicij damnatum iri. Respondit Monachus me quidem iurasse scio, & contra quam iuravi fecisse non ignoro, te tamen non audio. Refert hanc historiam etiam D. Damascenus sub finem libri primi de imaginibus. Vnde de eius fide minime dubitandum est, cum Prati spiritualis honorifica quoque mentio fiat à Patribus septimæ Synodi. Subdit autem Damascenus: *Vides hic imaginis adorationē ad id, cuius imago est, referri? et quantum sit malum eam non adorare, cum eo potius Dæ-*

mon.

*mon, quam libidinis crimine hominem
obstrictum voluerit.*

Quam autē Deus grauius puniuerit
eueriores & contemptores imaginū D.
Virginis, colligitur cū ex alijs, tum ex
hac historia, quā in Concilio Nicēno 2.
act: 4. coram toto cōfessu Patrū narra-
uit Constantinus Episcopus. Fuit vir
Cyprius in vrbe Cōstantia armētarius,
qui orandi causa in Virginis Deiparæ
sacellum concessit, cumq; inter orandū
imaginē Virginis ex coloribus in parie-
te expressam aduerteret, indignabūsus
dixit, quorsum hæc? statimq; stimulo
quo boues agebat, sublato, eidē imagi-
ni Virginis dextrū oculum eruit; egres-
sus porro dum fortē pecus ad maturan-
dum iter pungit, ecce stimulus confrin-
gitur, & ea pars, cui ferrū erat infixum,
in dextrum hominis oculum rectā in-
uolat, ac miserum oculo priuat. Neque
solum imagines D. Virginis studiose
colebant veteres Christiani; sed etiam
eiusdem reliquias; Intelligimus autem
hic reliquiarum nomine ea, quæ D. Vir-
go tactu suo vel vsu consecrauit; vt se-
pulchrum, velamen illud, de quo supra


cap: 12 ex Nicephoro, vestis itē & Zona,
 & fasciæ, quibus Christum Salvatorem
 inuoluit, nec non linteum, quo sacrum
 Virginis corpus in monumēto tectum
 erat. Et de Sepulchro quidem iam su-
 perius capit. 12. ex Damasceno docui-
 mus, quāto in pretio fuerit Christianis;
 quin idem sepulchrū orat. 2. de Assum-
 ptione vocat, medicinam morborum,
 sanitatum fontem perennem; Demo-
 num profligationem & ciuitatem refu-
 gij: in Zonam vero & fascias extant a-
 pud Lipomanū orationes Germani Pa-
 triarchæ Constantinopolitani, & Eu-
 thymij, quibus honorandis & debito cul-
 tu colendis proprius dies apud Græcos
 dicatus erat. Hinc Euthymius inter cæ-
 tera sic suos alloquitur auditores: *Hodie
 à nobis honoretur Zona, quæ est à Deo
 maxime illustrata, & summe admira-
 bilis, & valde veneranda*: *Hodie
 honoretur Zona, qua succincta fuit lau-
 datissima Deipara, & fraudulentissi-
 mum Draconem per eam suffocauit,
 & nostri generis auctores à graui re-
 uocauit exilio. Hodie honoretur Zona,
 quæ ipsum quoque unigenitum Dei*
 Ver-

Verbum ineffabiliter ex ipsa carne te-
ctum, quomodo ipse solus nouit, tenuit.
Hodie ipsi quoque primi Dei ministri,
licet non videantur, eam adorant, et
maxima colunt ueneratione, et arca-
nè unà nobiscum lætantur. Et tan-
dem conuerso sermone ad ipsam Zonā,
uides, inquit, ante pedes pulcherrimæ
tuæ capse nos omnes ardentè volu-
tari, et tuum postulare auxilium, ex-
spectantes tuam defensionem, et tuum
in omnibus inuocantes auxilium. Quo-
modo autem vestis D. Virginis ex pale-
stina Constantinopolim translata fue-
rit à duobus fratribus Galbio & Candi-
do, & quanta cum religione asseruata,
narrat Metaphrastes apud Lipomanū
orat. de ortu & educatione D. Virgi-
nis. De linteo & pannis, quibus corpus
D. Virginis exanime tectum erat, scri-
bit Damascenus oratione. 2. de dormi-
tione D. Virginis. singulis porro his re-
liquijs custodiendis & venerandis con-
dita sunt Constantinopoli magnifica &
sumptuosa templa; pro Zona & fascijs
à Pulcheria Imperatrice in Chalcopra-
reio; pro linteo & pannis sepulchrali-
bus,

bus,

bus, ab eadem in Blachernis: pro veste ex Iudæa in Thraciam allata, à Leone Magno; Nec mirum veteres ita coluisse & ornasse reliquias D. Virginis. Frequentia enim per illas operabatur Deus miracula. Narrat Gregorius Turo-nensis lib. de gloria Martyrum capit. 10. Se cruce, in qua erant reliquie D. Virgi-nis, & sanctorū Apostolorum, & B. Mar-tini, opposita incendio, quo domus pauperis cuiusdam correpta erat, incē-dium extinxisse. Currebat miser cum liberis & vxore, aquam deportans, in-quit Gregorius, sed flammæ non miti-gabantur. Tunc extractam à pectore crucem eleuo contra ignem: Mox in a-spectu sanctarum Reliquiarum, ita cū-ctus ignis obstupuit, ac si non fuisset ac-census. Accidit etiam, vt idem refert capit. 18. vt quidam Hierosolymis in Gallias reliquias D. Virginis ferens, in latrones incideret: qui hominem male acceptum spoliant, & capsulam Reli-quiaram, plenā aureis rati, cum effre-gissent, speque sua falsi essent, in ignem abiiciūt. Tunc ille semiuiuus exurgēs, inquit Gregorius, vt vel cineres exusto-
rum

rum colligeret pignorum, inuenit super carbones accensos illæsas iacere reliquias, ipsumque linteum, quo inuolutæ erant, ita admiratur integrum, vt non putaretur prunis iniectum, sed ex aquis collectum, collegitque cuncta cū gaudio, & in Gallias peruenit incolumis.



CAPVT XIX.

DE PEREGRINATIONIBUS AD LOCA SACRA D. VIRGINI, & DE EIUSDEM SODALITIBUS.



AD certa loca & sacrosancta Virgini dicata templa religionis ergo decurrere, nihil habet criminis. Etenim vsu experientiaq; exploratum habemus, opportuno tempore misericordem Dominum per benedictæ Matris merita, hic illic, non alibi, ad casus nostros ac pericula tam corporis quam animæ

animæ

animæ firmissima sæpe & sæpius præ-
sidia offerre. An ergo cum Deus ipse
quasi edita voce, vel commodi tempo-
ralis spiritualisue emolumenti fructu,
vel calamitatis depulsione ad peregrin-
nādum inuitet, vt sibi deesse velint ho-
mines merito postulant sectarij? An nō
vel ipse tabulæ, quæ in varijs Deiparæ
templis tanquam acceptæ monumen-
ta salutis, pendent, aperte loquuntur,
quam vtilis & salutares sint peregrina-
tiones ad templa D. Virginis.

*Certe equidem tota pendentes a de-
tabellas*

*Adspicio, quæ te miseris præsto esse
loquuntur,*

*Hic te animo spectans, torrente vi-
scera febrim*

*Depulit, ille hyadas tristes, hædumq;
cadentem*

*Spectauit tutus, verrentibus æquo-
ra ventis,*

*Et duce te patrias enauit saluus ad
oras.*

*Criminis ille reus falsi, sub iudice
duro,*

Dum

*Dum mortem expectat, tenebroso
carcere clausus,*

*Munere Diua tuo detecta fraude,
reuisit*

*Vxorem et natos exoptatumq; parē-
tem.*

Vt canit Muretus verissime simul & elegantissime de domo Lauretana. Sed Hæretici aures habent, & non audiūt; Simulque solenne illud suum ingerunt: non esse credendum huiusmodi miraculis quippe falsis & fictitijs. Huc enim confugiunt isti præposteri, qui lucem vocant tenebras, & tenebras lucem, Sed quis nisi tribus Anticyris caput insanabile habēs, rebus tam testatis, tam planis & perspicuis fidem abroget?

Ecquis autem eos ferat, qui quasi nihil diuinorum operum ita obstructum & obductum esse velint, aut Deum ab ipsis tanquam honorarijs arbitris præcepta agendi accipere oporteat, finem sciscitandi vix faciunt, cur benedicendus in omni loco dominationis, suæ bonitatis diuitias largius & copiosius effundat, cur qui non procul abest ab unoquoque nostrum (ipsius enim ge-
nus

Actor, 17. nus fumus, & in ipso mouemur, viui-
mus, & fumus.) vno magis quam alio
loco suæ potentia opera manifestet.
Quis enim, ait non in dissimili argu-
mento D. Augustin. potest perscrutari,
quare in alijs locis hæc miracula fiant,
in alijs non fiant? In cœlum ergo curi-
osi isti homines, si possunt, auolent, ab
eoque qui omnia in mensura & nume-
ro & pondere disposuit, causas perue-
stigent. At enim pijs & simplicibus non
est necessarium quæ abscondita sunt vi-
dere oculis suis. *Plurima enim supra-*

Epist. 137.
ad pop.
Hipp.

Ecclesiast. 3.

sensum ostensa sunt homini, vt inquit
scriptura.

Vrit tandē & illud Hæreticos, quod
ex his, qui Mariæ cœli terræque Regi-
næ pij esse velint cultores, sub augustis-
simo sacratissimæ Virginis nomine, cœ-
tus aut sodalitiū quoddam, diuini
cultus, laudis Virgineæ, salutisque pro-
priae amore ac desiderio, pie constitu-
atur. Verum sanniones illos, qui cum
in Ecclesia habitare in vnum cum fra-
tribus nollent, sequentes Lutherum,
aut Caluinum, segregauerunt semet-
ipso, Christoque cum Matre dimisso,

in via Cain, & in contradictione Core
 bierunt, non moramur; cum vnitatē
 Spiritus & morum in vinculo pacis,
 Deo eiusque Matri, quæ salutis nostræ
 cœlestis est præses & custos, placere sci-
 amus; quibus quisquis sese in agone
 probat, ei bene erit in extremis, & in
 die defunctionis suæ benedicetur; con-
 fundetur autem & conuertentur retror-
 sum omnes qui oderunt Sion. Qui-
 cunque honorificauerit me, glorifica-
 bo eum; ait Deus 1. Reg. 2. qui autem
 contemnunt me erunt ignobiles. Idem
 omnino contigit & continget cultori-
 bus & contemptoribus D. Virginis. Illi
 à B. Virgine exaltantur & varijs donis
 exornantur; vt demonstrant exempla
 superius commemorata: Isti, iusto Dei
 iudicio ignobiles & contempti fiunt;
 quid enim Nestorio nunc abiectius,
 quid vilius? qui audaciam & petulan-
 tiam, qua D. Virginem impugnavit
 adeo non impune tulit, vt à toto Con-
 cilio Ephesino anathematizatus diris-
 que deuotus fuerit; Ab Imperatore
 quoque Theodosio in exilium actus &
 Episcopatu Constantinopolitano spo-

Q lia-

liatus, in exilio vitam misere finijt. Sed
& blasphemam eius linguam corrose-
runt vermes, & si non corpus, nefandæ
nouæ impietatis organum, à terra de-
hiscente absorptum, certe anima eius
ad inferos vsque detrusa, meritas bla-
sphemix pœnas luit, quod de illo cum
alij, tum Nicephorus lib 14. c. 36. scribit.

Constantinus Copronymus Impe-
rator adeo in D. Virginem procax & in-
iuriosus fuit, vt illius honori publice
detraheret, eamque tam imbecillam ef-
se diceret, vt nulli mortalium opitula-
ri possit. Quid præmij retulit ex hac
sua vesania? Cum iam Deo hominibus-
que esset inuisus, sub tempus mortis
pedes eius inuaserunt carbunculi, simul-
que ardendissimis vrebatur febribus,
quibus nullum à Medicis reperiri po-
terat remedium. Accessit etiam ele-
phantix morbus, ita vt in extremam
desperationem inductus, identidē cla-
maret: Se viuentem adhuc propter Ma-
riam Deiparam igni inextinguibili ef-
se traditum. Refert hoc Zonaras to-
mo 3. Annal. & Eutrop. lib. 22. in vita
Copro-

Copronymi. In prato spirituali cap. 47. narratur accidisse sequens historia, Heliopoli, quæ est ciuitas Phœnicis. Mimus quidam erat Gaianus nomine, qui in Theatro Sanctam Dei genitricem blasphemans populo spectaculum blasphemix præbebat; Apparuit autem ei Sancta Dei genitrix corripiens eum ac dicens: Noli quæso, noli ita ledere animam tuam. Ille vero rursus deterius illam blasphemabat. Vnde ipsa tertio eidem apparens, eadem repetebat. Cum autem se ille non corrigeret, sed plus quoque blasphemias adijceret, meridie dormienti apparuit, nihilque dicens, digito solo signauit eius manus ac pedes. Euigilans autem inuenit se truncatum manibus & pedibus. Atque ita infœlix, ut truncus inutilis iacens, confitebatur omnibus, cuius rei gratia, & quomodo hoc passus esset. Similia multa diuinæ seueritatis exempla in Deiparæ contemptores, literarum monumentis consignata leguntur; ut non immerito qui nunc maledicas linguas in D. Virginem eiusque sodalita-

dalitates exerunt, similem exitum formidare possint; Et utinam formidarent; forsan formidine pœnæ consilia in melius referrent. Quia vero diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, fit, ut his ipsis obtreccationibus, & in sanctissimam Virginem conuitijs, Sodales Congregationis & alij Deiparæ cultores, magis ad laudem & gloriam eius amplificandam, & conseruandam incitentur, & nihil non prompte suscipiant, quod ad cultum Dei genitricis spectet; vitam illius Angelicam, & in nos miseros beneuolentiam plane maternam semper ob oculos habentes. *Fit autem, largiente Domino, inquit venerabilis Beda in Euangel. visit. ut si D. Virginis actus & dicta semper recolamus, semper in nobis & obseruantia castitatis, & virtutis opera perseuerent. Nam & optimus & saluberrimus in sancta Ecclesia mos inoleuit, ut hymnus ipsius quotidie cum psalmodia vespertina laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium & frequen-*
tior

tior Dominicæ Incarnationis memo-
ria ad affectum deuotionis accendat,
& recogitata sæpius exempla genitri-
cis illius in virtutum solidi-
tate confirmet.



Laus Deo Virginiq; matri.



Errata sic corrige.

IN præfat. confirmasti. fol. 30. De-
sponsatione. fol. 54. post hæc verba:
Id quod iam olim etiam: lege, Fiebat.
fol. 57. somnis f. 58. Olymp. 194. f. 60.
citatio literæ B. referenda est ad Cõcil.
Ephesinum. f. 91. quod. f. 135. Corruis
pro dormis. ibid. protegente. f. 136. sto-
la. f. 138. Habentis, f. 144. persuadent.

*Cum Gratia & Priuilegio Cesar.
Maiestatis.*





Quia S. Scripturæ & SS. Patrū doctrinæ respondet hæc succincta & elegans admodum Deiparæ Virg. vita, typis mandata, magna cum vtilitate publicari potest & debet: Oculis enim legentium breuiter obijcit, quæ magnis voluminibus sunt à SS. & doctiss. viris de eadem Virgine Matre conscripta & disputata.


*Collegij Societatis Lesu
Paderbornæ*


PETRVS STEVARTIVS Leodius SS. literarum Profess. Colleg. Theolog. hoc tempore Decanus & Academiæ Rector.



do-
icta
aræ
na-
po-
le-
quæ
SS.
Vir-
di-

Leo-
Pro-
hoc
e









Th

2550